POns AB ad ornamenta, quæ in fornicis Baſilicæ Vaticanæ faſtigio inſpiciuntur, reſtauranda, ultra quamquod ad ea etiam ornamenta, quæ in lateribus diſponuntur, inſervire poteſt, modum inſuper Pontis per totam illam longitudinem, brevibus adhibitis lignis, conſtruendi demonſtrat, minori quidem lignaminis copiâ, quam alter, de quo mox diximus, expoſtulabat, tum quia dicto ZABAGLIA locorum circumſtantiis bene utente, per fornicis foramina tranſduci potuerunt quidam ſtapedes trabibus ſupra fornicem protenſis appoſiti, tum quia dd. ſtapedibus *Candelæ*, *Candelis* autem unâ cum aliis ſtapedibus firmari etiam potuerunt tranſverſæ majores trabes, quibus tranſverſæ minores trabes, nec non tabulæ Pontis imponerentur.
A Trabes ſupra fornicem, ubi ſtapedes firmantur.
B *Candelæ* dd. ſtapedibus junctæ.
C Tranſverſæ majores trabes cum aliis ſtapedibus *Candelis* junctæ.
D Scala, per quam ab unâ feneſtrâ ad Pontem aſcenditur.
E Scala, per quam a coronamento ad Pontem aſcenditur.
Pons AD pro minori dictæ Baſilicæ fornice ſuam promeretur laudem, non modo propter diverſam ſubſtructionem, verum etiam quia apprimè demonſtrat, quomodo ſulcra intacto pariete, pictura, & ornamentis illæſis collocentur.
F *Candelæ* auribus, tum ad caput, tum ad pedes inſtructæ.
G Auris ad caput, quæ Ponti incumbit.
H Auris ad pedes, ubi ſulcrum firmatur.
I Lignum, quod tractum tollit, ſulcrum ipſi *Candelæ* unit, atque alligat.
Alter Pons AE, qui pro fornicibus pariter inſervit, & ipſe peculiari obſervatione dignus eſt, dum nullo ſulcrorum genere munitur, ſolis ſuſtentaculis trabes tutantibus.
Caſula AH tranſverſis regulis unâ cum cuneis, trabeculis, & tabulis, abſque tamen clavis, cochleis, & clavulis componitur, undè facilè formari, deſtrui, & quemcumque in locum tranſportari poteſt, nihilo tamen minus tabulæ ope regularum unâ cum cuneis ità uniuntur, ac ſimul ſtringuntur, ut nullum ſuperſit ſpiraculum, pro ut quotidie videmus in doliis, quæ circulis undequaque ſtringuntur.
Ut autem hæc ipſa Caſula componi poſſit, primum omnium operæ pretium eſt, modulo adhibito, regularum colligationem inſtruere, quæ æqualiter, & adamuſſim congruere debent, ut in 1. 2. Ad aliquarum regularum caput cavum quoddam fit, ut in 3: ad caput verò aliarum ferrum inſtar literæ T firmatur, ut in 4: quod poſtquam per planum ſubierit cavum 3, vertitur per coſtam, ne regulis ſeſe conſtringentibus a cavo exeat. Cum iiſdem regulis quatuor efformantur textrina, duo ſupra, duo infra Caſulam, duo interna, duo externa, & inter utraque tantum ſpatii intercedere debet, ut in 5. 6, quo ſcilicet in eo poſſint tabulæ collocari; etiam cuneos 7, pro ut diximus adhibere neceſſe eſt, qui inter duas prominentias regularum 8. 9. collocandi, intus ope mallei in 10. compelluntur. Tabulæ ad caput, & ad pedes ità ſubtiles ſiunt, ut ſupra regulas promineant, quo ipſas in æqualitate ſervent: ad latera vero earumdem tabularum canales, & baculi reſpectivè efformantur, ut una intra aliam inſeratur, ſimulque omnes uniantur, & congruant; ac re quidem vera diſpoſitis hiſce tabulis in ſpatio, quod inter unum, & alterum textrinum intercedit, cuneiſque ope mallei impulſis, pro ut dictum eſt, ità, ut etiam interiores regulas ſubeant, dictæ tabulæ ſic invicem uniuntur, ac ſtringuntur, ut Caſula, veluti dolium quoddam, integra videatur.

TABULA XXX.

HIc pons ad coronamentum ſubter balauſtia proſpectus S. Petri in Vaticano reſarciendum fuit conſtructus, & quidem nullo aperto foramine ad ligna ſtatuenda, cum ad id ea tantum inſerviverint foramina, quæ prope pedes interioris ſpondæ ad exitum aquis parandum conſtructa ſunt.
A Balauſtia frontis, ſeu proſpectus.
B Coronamentum reficiendum.
C Sponda interior.
D Dictæ ſpondæ foramina ad exitum aquis parandum.
E *Candelæ* intra, & extra ſpondam interiorem pluribus in locis clavulis munitæ.
F Clavuli *Candelas* interiori ſpondæ firmantes.

A Candele esteriori a due orecchie sostenute da Falconi,
B Falconi, che sostengono le dette orecchie.
C Candele interiori a due orecchie sostenute dalle staffe di ferro.
D Gangheri, o Rampini di ferro, che sostengono le dette Candele.
E Candele annestate con lastre di ferro.
F Lastra di ferro, che unisce le Candele.
G Staffe di ferro con cavicchia, che legano, e stringono la lastra alle Candele.
H Gattelli, che sostengono i Traversoni.
I Traversoni.
K Traversone, che passa tra le dd. lastre, e posa nella parte inferiore delle Candele.

TAVOLA XXVIII.

IL Ponte AB, ancorchè facile, e non differisca molto dai consueti, è fabbricato però con tale intelligenza, e maestria, ed è sì comodo, e sicuro, che ha ancor esso il suo particolar pregio. Può servire di esempio, e di regola per farne dei consimili, tanto più, che in esso sono messe in uso poco meno, che tutte le cose, che possono servire per la costruzione de' Ponti.
A Corde.
B Banchette.
C Contrabanchette.
D Legature di funi, o staffe di ferro.
E Saettoni.
F Traverse.
G Primo piano del Ponte.
H Puntelli.
I Contrapuntelli.
K Gattelli.
L Traversoni.
M Corde del secondo piano.
N Banchette.
O Saettoni.
P Traverse.
Q Tavole del secondo piano del Ponte.
R Scale per salire al terzo piano del Ponte, e per comodo di lavorare.
S Cavalletti pel terzo piano del Ponte.
T Terzo piano.
V Quarto Piano.
X Sottopiedi.
Il Ponte AD, per accomodare la volta della Sagrestìa di S. Pietro, la quale è di otto lati, sembra un bel concertato sossitto, più tosto, che un ponte per risarcire la volta, e sa ancor' esso al pari di ogni altro comprendere, quanto Maestro Niccola si sappia approfittare delle circostanze, poichè i parapetti delle finestre, che sono pendenti in dentro, per dar loro maggior luce, servono per appuntarvi da una parte le travi, le quali facendo contrasto dall' altra al Monaco, possono facilmente sostenere il peso del ponte, gravitando nel mezzo sopra il Monaco, e nelle parti sopra un telajo, che gira intorno intorno, sostenuto da alcune Candele, che da piedi posano sopra a dd. travi, e da capo sono fermate alla muraglia con istaffe di ferro, pel qual peso vengono le travi maggiormente assicurate, ed a resistere al medesimo peso del ponte.
A Parapetti pendenti in dentro, dove appuntano, e fanno forza da una parte i paradossi.
B Monaco, dove appuntano i paradossi dall' altra parte.
C Paradossi, che pel contrasto col Monaco reggono quello, ed il ponte.
D Candele alzate sopra i paradossi, fermate da capo con istaffe di ferro, che reggono il telajo, che gira intorno intorno accosto al muro.
E Telajo, che sostiene i Traversoni.
F Saettoni per sicurezza del telajo.
G Traversoni, che da una parte posano sopra il Monaco, e dall' altra sopra il telajo.
H Traverse, sopra delle quali sono le tavole, che costituiscono il piano del Ponte.

TAVOLA XXIX.

IL Ponte AB, per risarcire gli ornati del colmo della volta della gran Basilica Vaticana, oltre a poter servire per risarcire ancora quelli de' lati, addita di più la maniera di costruire con legni corti un ponte per tutta quella larghezza con minor quantità di legname del precedente, col prevalersi della circostanza di poter far passare per li fori della volta alcune staffe fermate alle travi stese sopra la volta, e con fermare a dette staffe le candele, ed a queste con altre staffe i Traversoni, per mettervi sopra le traverse, e tavole pel Ponte.
A Travi sopra la volta, dove sono fermate le staffe.
B Candele attaccate alle dd. staffe.
C Traversoni attaccati con altre staffe alle Candele.
D Scala, per cui da una finestra si sale al Ponte.
E Scala, per cui dal Comicione si passa al Ponte.
Il Ponte AD, per la volta più piccola della detta Basilica ha il suo pregio, non solo per la differente costruzione, ma perche dimostra, come si mettono i Saettoni senza toccar la muraglia, per non offender la pittura, o altri ornati.
F Candele con orecchie da capo, e da piedi.
G Orecchia da capo, che posa nel Ponte.
H Orecchia da piedi, ove posa, ed appunta il Saettone.
I Tirante, che leva la tratta, unisce, e lega il Saettone alla Candela.
L'altro Ponte AE, che serve parimente per le volte, ha ancor' esso la particolar prerogativa di essere senza puntelli, e senza Saettoni, servendo i soli tiranti per assicurare le travi.
Il Casotto AH, è composto di traverse con zeppe, travicelli, e tavole senza chiodi, senza viti, e senza cavicchie, onde può facilmente farsi, disfarsi, e trasportarsi dovunque si voglia, e con tutto ciò le tavole si stringono, e si uniscono insieme per mezzo di dd. traverse con zeppe, in maniera, che non vi resta alcuno spiraglio, come appunto succede nelle botti strette dai cerchj.
Per comporlo conviene fare prima di ogni altra cosa l'annestatura delle traverse per mezzo del moline, perchè bisogna, che sia giusta, ed eguale, e venga come in 1. 2. In capo d'alcune traverse si fa un incavo, come in 3, ed in capo delle altre, si ferma un ferro a guisa di T, come in 4, che posto per piano nell'incavo 3, si volta per costa, perchè non esca dall' incavo nello stringere delle traverse. Con queste traverse si formano quattro telaj, due per sopra, e due per sotto il Casotto, due interni, e due esterni, e tra gli uni, e gli altri deve correre tanto spazio, come in 5. 6, da poter metter in esso le tavole; si richiedono, come si è detto, anche le zeppe 7, per metterle tra due risalti delle traverse 8. 9, che si mandano dentro a forza di martello in 10. Le tavole da capo, e da piedi si assotigliano in maniera, che facciano risalto sopra le traverse, perchè le tengano in uguaglianza: dai lati poi delle medesime tavole si fanno canali, e bastoni rispettivamente, acciocchè l' una incastri dentro l'altra, e vengano a stare unite, e combaciare insieme, ed in fatti messe queste tavole nello spazio tra un telajo, e l'altro, e spinte a forza di martello le zeppe, come si è detto in maniera, che passino ancora nelle traverse di dentro, si stringono, e si uniscono in guisa l' una coll' altra le dette Tavole, che sembra il Casotto d' un sol pezzo, come una botte.

TAVOLA XXX.

QUesto Ponte su fatto per risarcire il cornicione sotto alla Balaustrata della facciata di S. Pietro in Vaticano, senza fare un minimo buco per li legni, essendosi servito il detto Maestro Niccola di quelli, che sono a piedi del parapetto interiore per dare l'esito all' acque.
A Balaustrata della facciata.
B Cornicione da risarcirsi.
C Parapetto interiore.
D Buche di detto parapetto per l'esito dell' acqua.
E Candele dentro, e fuori al parapetto interiore, incavicchiate in più luoghi.
F Cavicchie, che tengono le Candele unite al parapetto interiore.

G Cavicchie

G Clavuli transversas trabes H sustentantes, quibus trabibus aliæ trabes I, horizontaliter positæ insistunt.
K Clavuli cum inferioribus transversis trabibus L, quæ resistunt, & elevationem dictarum horizontalium trabium I impediunt, quæ a pondere N producitur.
M Parvum calopodium supra Balaustium, cui trabes I horizontaliter positæ firmantur.
N *Candelæ*, quæ junctæ dictis trabibus I horizontaliter positis pontem sustinent.
O Transversæ trabes clavulorum ope *Candelis* firmatæ, ac pontis planum sustinentes.
P Pontis planum.

TABULA XXXI.

TYpus Contignationis ad mutandum unum ex epystiliis Columnarum, quæ in porticu Ecclesiæ, quam Rotundam vocant, reperiuntur: hæc autem contignatio supercilium, parietem, & quidquid a columnâ sustinetur, facilè potest sustinere.

TABULA XXXII.

TYpus Contignationis ad mutandam unam ex columnis porticus ejusdem Ecclesiæ.

TABULA XXXIII.

COntignatio, quæ in cavo anaglyphorum Columnæ Trajanæ efformando fuit adhibita.

TABULA XXXIV.

COntignatio, quæ ad ornamentum Confessionis SS. Apostolorum in Vaticano expoliendum inservivit.

TABULA XXXV.

TYpus Contignationis in prospectu ad Columnam Antoninam excitandam.

TABULA XXXVI.

PRæcedens Typus sub alio aspectu majoris claritatis gratiâ, cum iisdem ichnographiâ, & scenographiâ.

De Translatione Obelisci Vaticani, aliorumque ab Equite DOMINICO FONTANA *suscepta, quæ, prout ab eodem descripta fuit, exhibetur.*

VUlgata fama de Obelisci Vaticani suscipienda translatione, tot, tantique Mechanicæ, Architecturæ, aliique similium artium peritissimi Viri Romam confluxerunt, non modo ex remotioribus Italiæ partibus, verum etiam ex Rhodo Insula, & Græcia, ut 18. Septembris anni 1585. quingenti circiter numerari potuerint in Congregatione ad hujusmodi opus a Summo Pontifice Syxto V. instituta. Horum quilibet, quidquid in hoc juxta sui ingenii vires excogitaverat, per typos, aut modulos, sive in scriptis, seu voce patefecit; plerique tamen senserunt Obeliscum situ erecto transferendum esse; difficillimum quippe visum ipsis fuit, eum rursus erigi posse, si forte prius humi sterneretur: facilius, tutiusque, spectato non minus machinæ pondere, quam magnitudine, si motu quodam medio de uno in alium locum erecto situ transferretur; Aliis vero placuit, Obeliscum non solum hoc modo transferendum, sed etiam una simul stylobatam, & basim; Aliis contra transportandum censentibus nec erectum, nec humi protensum, sed 45 horizontis gradibus inclinatum. Nec defuere, qui varios hujus Obelisci erigendi modos suppeditarunt, vel per vectem instar stateræ, vel per cochleas, seu rotas. Tot inter peritissimos Viros, & mihi aditus patuit; ideòque typum protuli ligneum, in quo plumbea pyramis funibus, trochleis, parvulisque ejusdem typi instrumentis aptabatur, & in dicta Congregatione, videntibus etiam iis omnibus hujusce artis præstantissimis Viris, dictam pyramidem sustuli, illaque paulatim demissa simul verbis exposui rationes, & fundamenta cujuscunque motus, prout postea adamussim evenit. Pensatis igitur, diligenterque libratis, quæ vario marte, & ingenio fuerant ab omnibus excogitata, delineatus a me movendi Obelisci typus, tanquam tutior, ac facilior, præ cæteris fuit probatus. Verum enim verò tantum erat in prædicta Congregatione desiderium prosperi eventus in tam arduo opere suscipiendo, ut multos ex iis, ætati meæ quasi adhuc juvenili diffidentes, timor quidam incesserit (quadraginta quippe duos annos nondum excesseram) ne designatum opus feliciter à me posset expediri; quo circa rati ad id necessariam esse Viri alicujus industriam, qui ætate maturior longa in his artibus experientia polleret, & gravi, tardoque consilio adamussim quidquid in typo designabatur summa cum diligentia exequeretur, statuerunt hujusmodi provinciam Bartholomeo Amannati Florentino committere, qui tunc sexagesimum quintum suæ ætatis annum numerabat, nec non Jacobo a Porta, ut ambo vestigiis a me descriptis insistentes desideratum opus perficerent. Hoc pacto totum hoc negotium in laudata Congregatione fuit conclusum, & summa quidem cum animi mei lætitia, saltem in hac parte, dum tot inter præstantissimos Viros, qui in delineando translationis modo insudarunt, mihi uni datum est, ut typum a me confectum præ cæteris probatum viderem, simulque tanti operis exequutione duobus insignibus Architectis commendata, omnem deposui curam, & moleftiam, qua concepti operis perfectio ab omnibus retro sæculis intentata, laboribus, & periculis plena animum meum certo certius divexasset.

Verum aliquot post dies, cum Sanctissimus DOMINUS NOSTER ex me quæsivisset quid de iis sentirem, quæ in dicta Congregatione fuerant statuta, re bene, ac ut par est, inspecta, cum optarem summopere, ut opus feliciter perficeretur, simulque dubitarem quammaximè, ne, si quid fortasse siniftrum, aut infaustum contigisset, culpa in typum a me confectum coniiceretur, illico respondi me non parum angi, quod non bene mecum actum esset, dum neminem tam idoneum arbitrabar ad inventa exequenda, quam illum ipsum, qui invenit, nec umquam fieri posse, ut alter alterius excogitatum planè intelligeret. His auditis, DOMINUS NOSTER statim præcepit, ut ego unus tantum opus aggrederer. Quo circa, nulla interposita mora, quinquaginta fossoribus assumptis ad excavandam foveam me contuli, in qua jacienda erant fundamenta, in platea nempe S. Petri, & eodem in loco, ubi prius trabem fixerant in signum excavationis ibi faciendæ iidem Architecti Bartholomeus Amannati, & Jacobus a Porta, qui locus situs est e regione Portæ Majoris dictæ Ecclesiæ. Hoc autem factum fuit die Mercurii 25. dicti Mensis Septembris, quæ dies in omni DOMINI NOSTRI vita, rebusque ab eo præclare gestis præ cæteris notanda est. Hac quippe die in Episcopum jure, meritoque designatus, in Cardinalium Collegium adscitus, tandemque ad summum Pontificatus fastigium evectus, sacraque tyara redimitus est.

Continuata igitur effossione, stabilitum est fundamentum quoddam quadratum palmorum 60. in quolibet ejus latere, profundum 33. Quoniam verò terra ibidem cretosa, lutosaque inventa fuit, & magna aquæ copia abundans apta non erat ad tantam molem sustinendam, id circo opus fuit trabeculis quernis, & castaneis excoriatis, & in modum palorum altè infixis, quæ perpetuo subtus terram conservari solent, dictum soveæ fundum communire. Singulæ trabeculæ longitudinem palmorum 25, crassitudinem unius palmi continebant. Fundamenti verò materies ex pluribus, minutisque fragmentis silicis nempe, & laterum inter se calce, & arena fossili bene compactis composita est, multaque intus ærea numismata sacro, solemnique ritu projecta fuerunt. Inter quæ silentio prætereundæ non sunt duæ capsulæ ex tyburtino lapide, quarum quælibet duodecim numismata continebat, insculptam ex una parte imaginem DOMINI NOSTRI præseferentia, ex aversa autem parte diversas repræsentantia figuras, & imagines. In aliquibus si quidem homo quidam dormiens videbatur sub arbore, circumscripta epigraphe *Perfecta securitas*: Alia vero tres exibebant montes, quibus ad dexteram cornucopia, ad siniftram lauri ramus insistebat: desuper verò ensis cernebatur cuspidem Cœlum versus protendens, & in stateræ fulcrum concinnatum, ubi verba illa *Fecit in monte convivium pinguium*: In aliis apparebat S. Franciscus genibus ante Crucifixum positis una cum cadente Ecclesia: inscriptio autem erat *Vade Francisce, & repara*: alia demum imaginem Pontificis Pii V. ex una, ex altera verò parte aut Religionem, aut Justitiam repræsentabant.

G Cavicchiè, che reggono i Traverſoni H, ſopra dei quali poſano i Falconi I.
K Cavicchie con ſotto i Traverſoni L, i quali reſiſtono, ed impediſcono la leva dei Falconi I, che ſi cagiona dal peſo N.
M Zoccoletto ſopra al balauſtro, dove poſano i Falconi I.
N Candele attaccate alli Falconi I, che ſoſtengono il Ponte.
O Traverſoni fermati con cavicchie alle Candele, che reggono il piano del Ponte.
P Piano del Ponte.

TAVOLA XXXI.

Diſegno del Caſtello per mutare un Capitello d' una Colonna del Portico della Rotonda, ſufficiente a ſoſtenere Architrave, muraglia, e tutto ciò, che ſi ſoſtiene dalla Colonna.

TAVOLA XXXII.

Diſegno del Caſtello per mutare una Colonna dello ſteſſo Portico della Rotonda,

TAVOLA XXXIII.

Caſtello per ſare il cavo de baſſi rilevi della Colonna Trajana.

TAVOLA XXXIV.

Caſtello ſervito per ripulire l'ornamento della Confeſſione dei SS. Apoſtoli nel Vaticano.

TAVOLA XXXV.

Diſegno in proſpettiva di Caſtello per alzare la Colonna Antonina.

TAVOLA XXXVI.

Diſegno precedente in altra veduta per maggior chiarezza colla ſteſſa pianta, e profilo.

Modo tenuto dal Cavaliere DOMENICO FONTANA *nel traſportare l' Obeliſco Vaticano, ed altre moli, quale ſi da nuovamente alla luce, come da eſſo fu deſcritto.*

Sparſa la fama, di doverſi intraprendere la grand' opera del Traſporto dell' Obeliſco Vaticano, concorſe a Roma da Milano, da Venezia, da Firenze, da Lucca, da Como, dalla Sicilia, e ſino da Rodi, e dalla Grecia quantità grande di Letterati, Mattematici, Ingegneri, Architetti, ed altri Valentuomini talmente, che ne comparvero circa cinquecento nella Congregazione deputata per tal' effetto dal Papa, e tenuta li 18. Settembre 1585. Ciaſcheduno di eſſi avea portata la ſua invenzione, chi in diſegno, chi in modelli, e chi in iſcritto, altri explicò il ſuo parere in viva voce, e la maggior parte ſtimava, doverſi traſportare la Guglia in piedi, giudicando coſa difficiliſſima il diſtenderla per terra, ed il tornarla di nuovo a dirizzare, ſpaventati, cred' io, dalla grandezza, e peſo della macchina: credendo forſe, eſſere maggiore facilità, e ſicurezza, il condurla diritta nel movimento mezzano, che negli altri tre modi, di abbaſſarla, ſtraſcinarla, e rialzarla. Alcuni altri ſurono, che non ſolamente volevano portar la Guglia in piedi, ma ancora il Piedeſtallo, e la Baſe inſieme: Altri ne diritta, ne diſteſa per terra, ma pendente a 45 gradi dell' Orizonte, che volgarmente ſi dice a mezz' aria: Altri moſtravano il modo di ſollevarla, chi con una leva ſola a guiſa di ſtadera, chi con le viti, ed altri con le ruote. Io portai il mio modello di legname dentrovi una guglia di piombo proporzionata alle ſuni, taglie, ed ordigni piccoli del medeſimo modello, che la doveva alzare, ed alla preſenza di tutti quei Signori della Congregazione, e de' ſuddetti Maeſtri dell' arte levai quella Guglia, e l' abbaſſai ordinatamente, moſtrando con parole a coſa per coſa la ragione, il fondamento di ciaſcuno di queſti movimenti, ſiccome ſeguì poi appunto in effetto. Ora conſiderati eſquiſitamente, e ponderati li diſcorſi, diſegni, ed edifizj di ciaſcheduno di noi, e diſputato aſſai, all' ultimo ſi venne a queſta concluſione, che il modo di movere, e traſportare la Guglia da me ritrovato, foſſe il più facile, il più ſicuro, ed il meglio inteſo, per ſortire proſpero fine, di tutti gli altri, che ivi ſurono proferiti: e di comune conſentimento di tutta la Congregazione fu eletto, ed approvato, per ſervirſene nel traſportare la Guglia, laſciando da banda tutti gli altri. Vera coſa è, che per lo gran deſiderio, che quei Signori aveano, che la coſa ſuccedeſſe bene, caddero in timore dell' età mia, dicendo, che io era troppo giovane a tanto incarco, non paſſando io anni 42. credendo eglino, che foſſe neceſſario un uomo attempato nell' arte di mover peſi; acciocchè con maturo, e tardo diſcorſo eſeguiſſe di parte in parte, quanto nel modello ſi moſtrava. Stabilirono perciò, che l' impreſa ſi conſegnaſſe a Meſſer Bartolomeo Amannati Fiorentino, uomo di età di ſeſſantacinque anni, aſſegnandogli in ajuto Meſſer Giacopo della Porta, acciocchè ambedue di compagnia aveſſero col mio trovato a condurre a buon fine quanto ſi deſiderava. In queſta maniera fu concluſa la Congregazione, e con mio gran contento per certo in queſta parte almeno, che fra tanti belli ingegni, e modelli diverſi l' invenzione mia foſſe poſta innanzi, ſcelta, ed approvata per la migliore, ed aſſegnata a due valenti Architetti, per eſſere adoperata a tanto effetto, e reſtai libero da ogni penſiero, che mi poteſſe arrecare, il menar a fine opera così importante, e difficile, e piena di riſchj, e pericoli, non tentata ancora da neſſun altro.

Ma dopo alcuni giorni eſſendo io ricercato da NOSTRO SIGNORE del mio giudizio ſopra le deliberazioni già preſe, riſpoſi, che eſſendo io molto deſideroſo, che l' impreſa riuſciſſe a buon porto, e dubitando, che (ſe per ventura nell' eſeguire, che altri aveſſe fatta la mia invenzione, foſſe intravenuto qua'che ſiniſtro accidente) credeſſe alcuno, che ciò foſſe avvenuto per difetto del mio modello; io era venuto in gran penſiero, e parevami per queſto riſpetto patire un poco di torto: atteſo che io giudicava, che alcuno non poteſſe mai eſeguire così bene l' invenzione altrui quanto l' Inventore iſteſso: eſſendo che non ſi trova uomo, che poſſa appieno intender mai l' intenzione, o penſiero dell' altr' uomo. Allora NOSTRO SIGNORE ordinò, che io ſolo doveſſi dar principio all' opera, ed eſeguire la mia intenzione, e ſubitamente m' inviai con cinquant' uomini a far cavar il foſſo, dove s' avea da gettare il fondamento, ſu la piazza di S. Pietro, nel medeſimo luogo, dove prima era ſtato piantato un Trave per ſegno dall' Amannati, e da Meſſer Giacopo della Porta, che è dirimpetto alla Porta principale della ſuddetta Chieſa; e queſto ſu in giorno di Mercoledì alli 25. del detto Meſe di Settembre, giorno veramente notabile, e fortunato nel corſo della vita, azioni, e grandezze di NOSTRO SIGNORE, perchè in tal giorno fu creato Veſcovo, e ſucceſſivamente eſaltato alla dignità di Cardinale, ed all' ultimo felicemente aſſunto al ſommo grado di Pontefice, e coronato nel medeſimo giorno.

Ora cominciatoſi a cavare il fondamento ſi fece quadrato di palmi ſeſſanta per faccia, cupo palmi trentatre, e per non trovarſi buon fondo, eſſendo terreno ſangoſo, e cretoſo con acqua aſſai: ſu biſogno palificare nel fondo del foſſo con travicelli di Quercia, e di Caſtagno ſcorzati, che ſi ſogliono conſervare perpetui ſotto terra; erano lunghi l' uno palmi 25. groſſi un palmo di diametro, battuti con battipalo con gran diligenza. La materia del fondamento è di pietra ſelice ſpezzata minutamente, e pezzi di mattoni con buona calce fatta con la pozzolana, la quale ſa grandiſſima preſa, ed in detto fondamento in molti luoghi ſi gettarono medaglie di bronzo in memoria del fatto, fra le quali particolarmente ſurono due caſſette di travertino dentrovi dodici medaglie per ciaſcuna, le quali aveano da una banda ſcolpita l' immagine di NOSTRO SIGNORE, e li roveſcj di molte ſorti: perocchè in alcune ſi ſcopriva un uomo, che dorme alla Campagna ſotto a un albero con il motto attorno: *Perfecta ſecuritas*: altre tre monti, e ſopra dalla banda deſtra una cornucopia, dalla banda ſiniſtra un ramo di lauro, e nella ſommità una ſpada con la punta volta verſo il Cielo, che ſerve per perno d' un pajo di bilance col motto: *Fecit in monte convivium pinguium*: In altre vedeaſi S. Franceſco in ginocchioni avanti al Crociſiſſo con la Chieſa, che rovina, ed il motto: *Vade Franciſce, & repara*: in altre finalmente da una banda appariva l' effigie di Papa Pio Quinto, e nel roveſcio o la Religione, o la Giuſtizia.

E perchè

Verum quia dum hæc agebantur, ad Contignationem, quæ tanto levando ponderi idonea esset, construendam, ut suo loco describam, maxima trabium copia prægrandis crassitudinis, & longitudinis, nec non diversa ejusdem generis ferramenta necessaria erant, quæ cum nullibi Romæ potuerint inveniri, ad rem citius, faciliusque expediendam Dominus Noster amplam mihi tribuit authoritatem, ut in toto Statu Ecclesiastico possem ad libitum emere, vendere, & quidquid hujusmodi opus respiceret pro meo arbitrio disponere; quo circa statim opus illud agressus felici successu, juvante Deo, omnia fuerunt composita.

TABULA XXXVII.

PRiusquam tamen ad alia progrediar, non incongruum duxi in eruditionem eorum, qui præsentes non fuerunt, locum, ubi prius Obeliscus temporis diuturnitate fere consepultus jacebat, per typum aliquem connotare. Erat autem hujusmodi locus remotus, lutosus, & invius, ita ut plurimi, qui seu Religionis gratia, seu quacumque de causa, Romam adventabant, nisi ab aliquo viam edocerentur, aut summa cum difficultate illum inveniebant, aut in Patriam tam prænobili mole non visa remeabant. In prima Tabula, hoc, quod dictum est, distinctè cernitur: simulque opportunum mihi visum est, octo ejusdem Obelisci Typos, seu modulos exhibere, meliores scilicet, qui in prædicta Congregatione propositi optimis rationibus initi comperti sunt; & quamvis ampliori forma repræsentandi essent, hoc tamen, quod alioquin legentium utilitatem remorari nullomodo potest, foliorum angustia non permisit.„ Si „ quis autem melius hac in re instrui cuperet, videre poterit par„ tem 2. lib. VIII. cap. 19. Architecturæ Vincentii Scamozzi, qui „ omnia, quæ sub ejus oculis gesta sunt, latius describit. Monen„ dum etiam superest, aliquas ex sequentibus tabulis à prototypis „ Dominici per Equitem Carolum Fontana fuisse depromptas, „ ut eas in suo Vaticano Templo insereret, ubi eamdem quidem „ translationem, variò tamen ordine designat, atque in his eisdem „ tabulis aliquæ ejusdem Equitis notæ, præter tabulas ab eo adje„ ctas, relictæ fuerunt, diverso caractere distinctæ; reliquæ verò „ tabulæ ab eodem Carolo omissæ ab Equitis Dominici prototypis „ fuerunt extractæ.

A Typus probatus, & exequutioni demandatus, ut infra declaratur.
B Typus asportandi Obeliscum solum cum vectibus vertici appositis.
C Typus sistendi Obeliscum in æquilibrio ope Semirotæ.
D Typus illum erigendi solis cuneis.
E Typus demittendi Obeliscum cum cochleis, illumque semipendentem asportandi.
F Typus excitandi Obeliscum, illumque demittendi uno tantum vecte instar stateræ.
G Typus semirotæ, cujus ope demittendus erat Obeliscus de dente in dentem, tanquam per dentes Rotæ alicujus molæ.
H Typus excitandi, demittendi, & trahendi eumdem Obeliscum per cochleas.

TABULA XXXVIII.

In hoc schemate verus prisci Vaticani situs cum variis Circi molibus, Martis Fano, recentiori Templo Principis Apostolorum, Romuli munimentis, Via Triumphali, Trajana fossa, Scipionum tumulo, Janua, ac Ponte Triumphali, item Ælii Adriani Pons, Sepulcrum, Hippodromus, aliaque exhibentur.

ANtequam verò opus aggrederer, cupiens de vero Obelisci pondere certior fieri, curavi ejusdem petræ palmum maxima cum diligentia ab alio consimili lapide excisum in perfecti cubi formam redigi, atque comperto hujus cubi pondere, quod erat librarum 86. Obeliscum ipsum metitus fui, qui continere inventus est palmos cubicos 11204. minus decima sexta circiter, quod mensuræ genus, prout fert Romæ usus, 30 palmis cubicis quamlibet *Carraginem* exæquans, *Carraginibus* 363, palmisque circiter 14. respondet: computatis verò omnibus supradictis palmis ad rationem librarum 86. in quolibet palmo, inventum est per regulam aureamverum totius Obelisci pondus in libris 963537, & $\frac{3}{48}$.

Mecum autem ipse diligenter recogitans quamlibet ergatam densioribus spartis, & trochleis munitam librarum circiter 20000. ponderi parem esse, proindeque 40. ergatas libras 800000. commodè sustinere posse, in reliquis statui quinque vectes apponere ex crassioribus trabibus, quarum quælibet in longitudinem palmorum 70. protenderetur, ita ut hoc modo non solum mihi datum erat pondus excitare; sed multo plus etiam: præterquam quod, juxta typum a me expressum, nova semper addi poterant instrumenta, si forte prima non sufficere deprehenderentur.

Hujusmodi ergatarum copia omnibus harum artium Peritis ansam veluti dubitandi præbuit, an ipsæ simul æquali vi agere possent, pro ut ad pondus sublevandum requiritur; unde, si quæ forte plus, alia verò minus vires exerceret suas, illud profectò contingere potuisset, ut major ponderis pars in ergatam majoris momenti, & virium sese exonerans illam disrumperet, atque hoc pacto maximam toti machinæ confusionem, & perturbationem pareret.

Hæc tamen tanti non fuerunt, ut me, quamvis nec usu, & experientia, nec aliorum exemplis in tot viribus simul colligendis, atque exercendis, instructum, a proposito dimoverent. Hæc enim ratio animo meo insederat, quod nempe sicuti vehemens unius quadrigæ impetus unum ex validioribus cannabis pertrahentis, illud rumpere non potuisset, & ergata, quæ nimio gravata pondere reperiretur, amplius circum agi non potuisset, pro ut mihi satis experimentis compertum erat, ita dum hujusmodi ergatæ nimio onere compressæ impeditæ fuissent, sanè, quæ laxiores essent, operari cœpissent, donec & in ipsas integra proprii ponderis portio sese exonerasset, sicque prima illa ergata, quæ antea supra modum gravabatur, ab alia quasi auxilium, levamenque accipiens, & ipsa gyrum suum reassumpsisset, omnesque proinde omnium machinarum vires simul conveniissent. Præterea mandavi post singulos tres, vel quatuor ergatæ gyros sistendum esse, ut hoc ordine, si quis funis nimium tensus appareret, laxari commodè posset; laxato siquidem capite, quod ad ergatam ducitur, majusque cæteris omnibus, quæ ab ipso pertrahuntur, pondus sustinet, utique propria ponderis portio polispasto applicatur, & in cæteros funes æquè distribuitur, idque iis præcipiendum censui, qui huic capiti, quod vulgò *Candela* dicitur, invigilabant, ut si forte incohato gyro, & machinarum motu nimis tensum comperirent, prout necessitas postulare videretur, magis, minusve laxarent, atque hoc modo experientia satis, superque hæc, quæ disposueram, comprobante, omnia pericula de medio tollebantur, nec unquam fieri poterat, ut funes, seu cannaba disrumperentur.

Cum igitur 40., quæ collocandæ erant ergatæ, ligneam contignationem, plateamque exposcerent, ob id, quibusdam præ loci angustia prostratis domibus, longa, lataque platea complanata est, pro ut in scala typo dicti situs apposita, ubi etiam ergatæ describuntur, licet intueri; ne verò terra, tanto oneri ferendo impar, cedere posset, stratum quoddam trabium duplicium, quæ sese mutuò tangerent, ad Obelisci pedem componi oportuit. Hujusmodi autem stratum in modum crucis disponebatur, quodlibet hujus crucis extremum ab una ex quatuor Obelisci faciebus proficiscebatur, palmisque 50. progressum in longitudinem palmorum 30. singulis capitibus terminabatur; aliusque etiam hanc supra crucem trabium ordo constitutus est, quæ secus ac primæ adeò inter se removebantur, ut inter unam, & alteram locus fieret columnis, & sulcimentorum pedibus, quorum ope eædem contignationis columnæ sustinendæ essent; ne verò aliqua ex parte hujus generis sulcimenta elaberentur, ab iis, aliisque etiam trabibus firmo nexu stringebantur.

E perchè, mentre queste cose si facevano, era necessaria, per formar' un Castello, che servisse ad alzar tanto peso, come io descriverò a suo luogo, grandissima quantità di travi grossissimi, e lunghissimi, e serramenti diversi straordinarj, che nella Città non si trovavano in luogo alcuno, per facilitare il negozio, e per più sollecita spedizione, a NOSTRO SIGNORE piacque, di darmi ampia autorità per tutto lo Stato Ecclesiastico, di potere comprare, e vendere, e fare altre cose appartenenti a tale impresa; ed in sequela di ciò m' accinsi all' opera, e quanto prima mi riuscì di mettere tutte le cose in ordine.

TAVOLA XXXVII.

MA prima; che io passi più avanti ho giudicato, che sarà di gran soddisfazione a quelli, che non sono stati presenti, di mostrare in disegno il luogo, dove stava prima la Guglia, sepolta per la lunghezza del tempo gran parte sotto la terra, il quale luogo era rimoto, fangoso, e poco frequentato, di modo, che gran parte de' forestieri, che capitavano in Roma, chi per divozione, e chi per curiosità di vederla, se non erano condotti da qualche pratico dove ella era, o difficilmente la trovavano, o si partivano senza aver veduta cosa così rara. Nella prima Tavola si vede quanto ho detto, e di più m' è parso bene rappresentare intorno ad essa Guglia otto disegni, o modelli, che vogliamo dire, de' migliori, che furono proposti alla Congregazione accennata di sopra, ciascuno de quali era fondato sopra buone ragioni; vero è che sono in forma piccola per angustia del foglio; e ciò ho io fatto, per dare a vedere i varj modi trovati da molti Ingegneri per l' effetto medesimo a fine, di dare maggior soddisfazione a i desiderosi Lettori „ i quali, se volessero qualche altra notizia, possono „ vedere la parte 2. lib. 8. cap. 19. dell' Architettura di Vin„ cenzo Scamozzi, che ne parla di vista. S' avverte ancora, „ che alcune delle seguenti tavole sono state cavate dagli Ori„ ginali di DOMENICO dal Cavaliere CARLO FONTANA, „ per inferirle nel suo Tempio Vaticano, dove descrive il me„ desimo trasporto con ordine differente, e che vi ci sono la„ sciate alcune sue note distinte con carattere corsivo, oltre le „ tavole aggiunte dal medesimo CARLO; e finalmente le omes„ se da lui si sono cavate dagli Originali del Cavaliere DOMENICO.

A Disegno accettato, ed eseguito come si dichiara in appresso.
B Disegno di portare la Guglia sola con leve postevi in cima.
C Disegno di bilicarla sopra mezza ruota.
D Disegno d' alzarla con zeppe solamente.
E Disegno d' abbassarla con viti, e portarla pendente, come si dice a mezz' aria.
F Disegno d' alzarla, ed abbassarla con una leva sola a foggia di stadera.
G Disegno d' una mezza ruota, sopra la quale si voleva calare la Guglia a dente, come per denti d' una ruota a mulino.
H Disegno d' alzarla, abbassarla, e tirarla per forza di viti.

TAVOLA XXXVIII.

Dimostra il giusto sito dell' antico Vaticano con gli Edificj del Cerchio; Tempio di Marte; Tempio nuovo del Principe delli Apostoli; Memorie di Romolo; Strada Trionfale, Fossa Trajana; Sepolcro preteso de' Scipioni; Porta, e Ponte Trionfale; Ponte, Sepolcro, Ippodromo di Elio Adriano, ed altro, come in essa si scorge.

AVanti, che io mi accingessi all' impresa, volendo accertarmi di quanto pesava la Guglia, feci squadrare un palmo della medesima pietra con grandissima diligenza tagliato da me da un altro pezzo di sasso simile a guisa di un dado, e pulito che fu, trovai, che pesava libbre 86., ed avendo misurata la Guglia, e trovatala essere palmi cubi undici mila dugento quattro, meno circa un sedicesimo, che secondo l' uso di Roma a palmi 30. cubi per carrettata sono carrettate trecento sessanta tre, e palmi 14. in circa, e calcolando tutti i sopradetti palmi a ragione di libbre 86. per palmo, trovai, che detta Guglia veniva a pesare libbre novecento sessanta tre mila cinquecento trenta sette, e trentacinque quarantottesimi, che è per l' appunto il suo peso.

Ora pensando io, che ogni Argano con buoni canapi, e taglie mi alzava ventimila libbre di peso in circa: trovai, che quarant' Argani mi avrebbero alzato libbre ottocento mila di peso, ed al restante deliberai di porre cinque leve di travi grossissimi, lunghi l' uno palmi 70. dimodo, che io non solo avesse forza per alzare tutto il peso, ma assai d' avanzo: oltreche si potevano sempre aggiungere stromenti nel mio modello, posto che i primi non fossero stati bastanti.

Pubblicata questa mia invenzione pareva, che quasi da tutti i valent' Uomini si dubitasse, che mai non si potessero accordare insieme tutti quanti gli Argani, per fare una forza unita a sollevare così gran peso, dicendosi: che non potendo tirar al pari, ma l' uno più dell' altro, come si vede per esperienza, conseguentemente non potevano unir le forze a tal, che la maggior parte del peso caricando sopra quell' Argano, che avesse tirato più di tutti, l' avrebbe rotto, e che di qui si poteva causare lo scompiglio, e disordine di tutta la macchina.

Io niente di meno all' incontro, ancor che non avessi mai visto, ne praticato tanta forza insieme, ne potendone esser chiaro per relazione alcuna, sempre fui sicuro di poterlo fare per questa ragione: perchè io sapeva, che quattro cavalli tirando uno di quei canapi, che io avea ordinato, che si facessero, a tutta loro possa non lo potevano rompere, però quando ciascun Argano avesse avuto troppo peso addosso, non si sarebbe potuto più voltare, nè meno, come di sopra dissi, il canape si poteva rompere, e di questo ne era io chiaro per esperienza; ora mentre, che questi Argani troppo carichi non si fossero potuti più voltare: gli altr' Argani più lenti si sarebbero voltati finatanto, che essi ancora avessero avuto la parte loro del peso di maniera, che pigliando ogn' Argano addosso la sua porzione, quel primo, che fosse stato troppo carico, sattogli poi spalla dall' altro, avrebbe cominciato a potersi voltare in modo, che da loro medesimi avrebbero accordate, ed unite tutte le forze insieme. In oltre io avea ordinato, che ad ogni tre, o quattro voltate d' Argano s' avesse da fermare, perchè con quest' ordine toccando le corde, e trovandone qualcheduna troppo tirata si dovesse allentare: perchè allentando il capo, che viene all' Argano, come quello, che porta maggior peso di tutti; atteso che tira tutti gli altri, viene poi la sua porzione del peso a restar attaccata alla taglia sopra tutte le altre corde compartita ugualmente in ciascheduna di loro, e tal ordine voleva dar io a quelli, che tenevano questo capo, che volgarmente si chiama la Candela, che sentendo tirarla troppo, dovessero allentarla mentre si lavorava, e tutti questi ordini per lunga esperienza fatta non m' erano nuovi, e rimediava con essi a tutti quei pericoli, che fossero potuti intravenire, ed era sicuro, che non si poteva mai in modo alcuno rompere corda alcuna.

Bisognando dunque fabbricare un Castello di legname, e far la piazza per piantare li suddetti quarant'Argani (essendo il luogo alquanto stretto) fu di necessità gettare in terra alcune Case, e spianare una piazza lunga, e larga secondo, che si potrà cavare dalla scala posta nel disegno della pianta del sito, dove sono compartiti gli Argani; ed acciocchè il peso non avesse da far calare la terra, s' incominciò intorno al piede della Guglia, a fare un letto di travi doppie, che si toccavano l' una coll' altra, il quale era fatto a modo di croce; ogni ramo della quale cominciava da una delle quattro facce della Guglia, e si distendeva in fuori palmi cinquanta, finendo in lunghezza di palmi trenta per ogni testa; sopra questa Croce fu posto un altr' ordine di travi al contrario dei primi, lontani l' uno dall' altro, quanto fra loro potevano capire le colonne, e li piedi delli puntelli, che avevano da sostenere le medesime Colonne di detto Castello, i quali puntelli erano dai sopradetti, e da altre travi d' ogni intorno stretti in modo, che non potevano sfuggire da parte alcuna.

TABULA XXXIX.

PRænarrata autem contignatio, ut tutius, faciliusque construi posset, octo columnæ, seu octo fixæ sunt antennæ, quatuor ex una Obelisci parte, quatuor ex altera, palmis 5. inter se distantes: Singularum columnarum crassitudinem quatuor trabes, quæ singulæ duos palmos, & quartam partem continebant, æquabant, remanente uniuscujusque columnæ diametro palmorum 4, cum dimidio, circumferentia palmorum 18. Hæ verò trabes arcto vinculo inter se committebantur, ita ut una semper altera brevior remaneret, ne scilicet earum conjunctiones simul concurrerent, multisque in locis utrinque, & undequaque perforabantur. Foraminibus quidam inserebantur gomphi, qui utrinque penetrantes, parvisque cuneis ferreis ab eo foraminis capite, a quo exibant, firmati, easdem trabes firmiter colligabant, nullis infixis clavis, quod consultò effectum est, ut dicta Contignatio illæsis trabibus citius construi, destruique posset. Forma, quam præfati gomphi præseferunt, videri potest tabula prima, foraminum verò ordines palmis duodecim inter se distabant, singulis præterea duodecim palmis circuli reperiebantur ferrei, juxta modum in tabula prima expressum, per quos dictæ quatuor trabes circumdabantur, & stringebantur, immò, ut validius, validiusque stringerentur, pluribus in locis, quando scilicet necessitas postularet, trabes inter, & circulos multi appositi fuerunt cunei lignei summa vi compressi, pluribusque etiam in locis arctissimi eodem modo circumvoluti fuerunt funes cum suis cuneis, servatâ pariter inter unam, & alteram colligationem palmorum 12. distantia, sicque hoc ordine supradictæ columnæ fuerunt erectæ. Et quoniam tantæ altitudini una tantum trabs impar erat, multæ commissæ fuerunt trabes, una supra alteram secundum altitudinem, quæ ipsum Obeliscum palmis 10. excederet: quo circa hujusmodi columnæ, seu antennæ palmis 123. fundamentum ipsum superarunt; præterea his eisdem columnis, seu antennis superimpositæ fuerunt octo prægrandium trabium conjunctiones, seu commissuræ, quarum forma exhibetur tabula 47. cum fulcris intra dictam Contignationem positis, quæ nedum illam fulciebant, verum etiam verticem dictarum columnarum apprehendentia impedimento erant, quin retrò declinarent. Undequaque his octo columnis, seu antennis 48. insistebant fulcimenta hoc modo disposita.

A pede cujuslibet columnæ spatio palmorum quinque elongabatur id, quod brevius erat, & tertiam altitudinis partem cujuslibet columnæ attingebat, triangulo rectangulo efformato, cujus basis latitudinem habebat palmorum 7. cum dimidio, computata trabis crassitudine duorum palmorum cum dimidio. Hæc prima fulcimenta, quia brevia, una tantum trabe componebantur: unumquodque ex his cuilibet columnæ inhærebat, iis tamen columnis exceptis, quæ ad quatuor Contignationis angulos erant, quæque duobus muniebantur fulcimentis, nempe priores duæ unum habebant ad Ortum, dextera autem unum habebat ad Meridiem, sinistra verò aliud ad Boream, pariterque quælibet ex duabus ultimis columnis unum habebat ad Occasum, quæ Sacrarii parieti incumbebant, alioque etiam dextera ad Meridiem, & sinistra ad Boream muniebatur: unde in primo ordine duodecim fulcra prorsus æqualia numerabantur. Post quinque palmos à pede horum, quæ prima erant, totidem stabant fulcra dimidium altitudinis earumdem columnarum attingentia, efformato triangulo priori simili, quod, cum basim haberet palmorum 15, intra se primi fulcri triangulum per lineam rectam continebat; post alios quinque palmos ab horum pede totidem succedebant fulcra, quæ duas tertias altitudinis partes prædictæ Contignationis complebant; quia verò tantæ altitudinis trabes reperiri haud potuerunt; ideo non secus ac ipsæ Contignationis columnæ circulis, gomphis, variisque colligationibus fuerunt compacta: quo circa triangulum primis simile, aliquantò tamen majus exhibebant, cujus basis palmos 22, cum dimidio numerabat, pariterque intra ipsum alia triangula per rectam lineam comprehendebantur; palmorum verò quinque ab horum pede ductâ distantiâ totidem præsto erant fulcra verticem ipsum Contignationis æquantia, non dissimilis tamen formæ ita, ut majus triangulum, quod majori fulcro componebatur, basim haberet palmorum 30, hypotenusæ verò, seu subtensæ longitudo palmis 126 responderet, cui quidem longitudini hoc ultimum fulcrum æquabatur. Omnia verò prædicta fulcra suis infixa locis multis muniebantur repagulis, & crucibus in suo typo videndis; quo circa non modo validè resistebant, verum etiam hoc præstabant, ut columnæ nullo maximi etiam ponderis nisu concuti possent, aut extra, aut ad latera desterere; ne verò in interiorem partem recta inclinarent, quo nempè omnia eorumdem fulcrorum capita vergebant, transversæ quædam trabes intra Contignationem singulis quatuor illis columnis clavorum, & colligationum ope firmiter inhærebant; qui autem vacuus primas inter, & ultimas antennas ultra Obeliscum ipsum protensas, locus remanebat, trabibus roborabatur, quæ instar repaguli summa vi compressi utrinque impellebant contra easdem trabes intra Contignationem ipsam in transversum positas è regione fulcrorum, quo sanè fiebat, ut principales columnæ nullo etiam maximi ponderis nisu introrsum possent deflectere; tantaque dictæ Contignationi, postquam tot adhibitæ sunt machinæ, atque instrumenta, vis, roburque accessit, ut quasi ingens marmorea moles ibidem constructa quodlibet maximum pondus sustinere valuisset. Verticem verò octo occupabant zeugmata tracta per trochleas quatuor capitibus armatas ope densiorum cannaborum; conjunctionibus verò, seu commissuris quinque magnæ insidebant trabes, quarum singulæ 30 palmorum longitudini æquabantur, crassitudinem verò palmorum trium superabant, atque his eisdem trabibus in loco scilicet, qui inter unam, & alteram conjunctionem vacuus remanebat, quadraginta adnectebantur polispasti, quadraginta ergatis respondentes, iidemque polispasti, ut tutius agerent, non in spatii inanis medio, sed à lateribus prope columnas ipsas, & conjunctiones desuper ligabantur. Unde cum hujusmodi vacuum, ac inane spatium palmis solum constaret tribus, haud concipi poterat pondus adeo magnum, quod tam brevi spatio sustineri à dictis trabibus non posset absque minimo disruptionis periculo, quemadmodum hæc omnia cernere licet sequenti typo, in quo dictæ Contignationis latus ostenditur, quod Meridiem respiciebat, atque huic simile erat latus, quod Boream spectabat.

A Quatuor principales columnæ unius lateris conjunctiones, seu commissuras ex hac parte sustentantes.

B *Verticis planum, cui conjunctiones insistebant, pondus sustentantes.*

C *Obelisci Scapus.*

D Quinque vectes ad Obelisci pedes, quorum tres ad Sacrarium positi Occasum respiciebant, duo reliqui Ortum spectabant.

E Pons in commodum illorum constructus, qui à Sacrario profecti in Contignationem transibant.

F *Varia fulcra in novum Contignationis munimen adjecta.*

G *Forma, modusque unius ergatæ, dum ageret.*

h Cruces, & repagula armaturam, munimenque Contignationis esformantia, quorum mutuus occursus, ac nisus præpediebant, quin columnæ, & fulcra magis stringerentur, aut loco suo possent dimoveri.

Ferrei gomphi trabium foraminibus immissi, ferreisque cuneis firmati, easdemque trabes, quibus componebantur columnæ, validè stringentes, prout in prima tabula, crassitudinem habebant unciarum 2, longitudinem verò palmorum 5: eadem in tabula videri etiam possunt zonæ ferreæ dictas columnas cingentes.

Polispasti verò, monospasti cum capsa ferrea, & orbiculis ex aurichalco, uti etiam alii cum capsa lignea, zonis ferreis, & orbiculis ex aurichalco tabula quinta delineantur.

TABULA XL.

SUbinde totum Obeliscum, ne forte movendo attereretur, duplicibus storeis contegi oportuit, storeis verò validissimum prægrandium tabularum tegmen superimpositum fuit; quælibet ex his tabulis crassitudinem quartæ partis unius palmi continebat, virgisque ferreis communiebatur, quarum latitudo semipalmus, crassitudo verò palmi quarta pars. Tres ex his virgis cuilibet faciei adstringebantur, Obelisci pedem inter æreа fulcimenta subtus complectentes, rectâque ab omnibus quatuor ejusdem Obelisci faciebus instar parvorum cardinum cum suis nodis ascendebant ita, ut superiorem partem cum inferiori conjungerent, eædemque virgæ novem ferreis circulis undequaque stringebantur, prout sequenti tabula videri poterit. Ferrum, quod in hac colligatione fuit adhibitum, libras pependit 40000, alias 40000 libras circiter complentibus tabulis, polispastis, & spartis, ita ut totius Obelisci pondus una cum his, quæ fuerunt adjecta, 1043537 libras æquaret.

TAVOLA XXXIX.

PER formare il prenominato Castello si piantarono otto colonne, o antenne, che le vogliamo nominare, quattro da una banda, e quattro dall'altra della Guglia, lontane fra loro palmi 5, formate in grossezza di quattro travi per ciascuna, grossi l'uno palmi due, e un quarto di modo, che ogni colonna veniva ad esser grossa per diametro palmi 4, e mezzo, ed in circonferenza palmi diciotto; questi travi erano collegati insieme per maggior fermezza in questo modo, che uno sempre era più corto dell'altro, acciocchè le congiunture non si affrontassero insieme, ed i medesimi travi erano forati in molti luoghi per tutte le facce passando da un canto all'altro, dentro de' quali fori si erano messe chiavarde, che passandoli ambedue, e poi fermate con zepparelle di ferro dall'altro capo, dove uscivano fuori, tenevano detti travi congiunti, ed uniti insieme strettamente senza alcun chiodo, e questo per potere più presto fare, e disfare detto Castello senza guastare alcun trave. Le sopranominate chiavarde di ferro erano fatte come si vede nella Tavola I., e gli ordini de' fori erano lontani l'uno dall'altro palmi dodici; in oltre ad ogni palmi dodici erano cerchj di ferro nel modo, che si veggono nella Tavola I., quali circondavano, e stringevano similmente tutti li quattro travi insieme; e per farli stringere maggiormente s'erano posti in molti luoghi, dove faceva bisogno, fra li travi, e li cerchj, molti cunei di legno, battuti fortemente, e di più in molti luoghi opportuni erano avvolte, e circondavano molte funi strettissime attorno attorno con zeppe nel medesimo modo; e queste legature erano lontane parimente l'una dall'altra palmi dodici, e con tal ordine seguitando, s'alzarono le sopradette colonne (poichè non bastava a tanta altezza una trave sola) con molte travi l'una sopra l'altra congiunte più alte, che non era la Guglia stessa palmi dieci, talchè queste colonne, o antenne erano alte sopra il fondamento palmi cento ventitre, e sopra queste furono poste otto incavallature di travi grossissimi fatte nel modo, che si veggono nella Tavola 47. con li saettoni di dentro a detto Castello, che l'appuntellavano, ed insieme tenevano da cima dette colonne, che non si potessero piegare all'indietro. Intorno intorno a queste otto colonne, o antenne erano quarant'otto puntelli situati in questo modo. Lontano palmi cinque dal piede d'ogni colonna stava il più corto, quale saliva fino al terzo dell'altezza di ciascuna, formando un triangolo retto, la cui base era larga palmi sette, e mezzo, computatavi la grossezza del trave, che era palmi due, e mezzo. Questi primi, per essere corti, erano fatti tutti d'una trave sola, e ciascuna colonna ne avea uno, salvo quelle, che stavano alli quattro angoli del Castello, che ne aveano due per ciascuna, cioè le due prime ne aveano uno volto a Levante per una, ed un altro ne avea la destra a Mezzo giorno, e la sinistra un altro a Tramontana, e le due colonne ultime similmente una per una volto a Ponente, quali erano appoggiati sul muro della Sagrestia, e l'altro ne avea la destra a Mezzo giorno, e la sinistra a Tramontana di modo, che nel primo ordine erano dodici puntelli tutti eguali; Lontano palmi cinque dal piede di questi primi erano altrettanti puntelli, quali arrivavano fino a mezz'altezza delle suddette colonne, formando un triangolo simile al primo, la cui base era palmi quindici, e conteneva dentro se il triangolo del primo puntello per dritta linea; e lungi palmi cinque dal piede di questi ve n'erano altrettanti, quali arrivavano fino a due terzi dell'altezza del Castello, che per non si trovare travi di tanta lunghezza, che bastassero, furono fabbricati nel medesimo modo, che le colonne del Castello, con cerchj, chiavarde, e legature, e formavano un triangolo simile a i primi, ma maggiore, la cui base era palmi ventidue, e mezzo, e conteneva gli altri dentro se per dritta linea; e lungi palmi cinque dal piede di questi ven'erano altrettanti, che arrivavano fino alla cima di detto Castello, fabbricati come sopra, di modo, che il maggior triangolo, che facesse il maggior puntello avea di base palmi trenta, e la lunghezza dell'Ipotenusa, o diagonale, che vogliamo dire, veniva ad essere palmi cento, e ventisei: e tanto era lungo quest'ultimo puntello; e tutti quanti erano fermi, ed armati con molte traverse, e croci, come si vedrà nel disegno, di maniera tale, che fortissimamente resistevano, e le colonne non si potevano per nessun sforzo di grandissimo peso piegare all'infuori, ne dalle bande; e perchè non si potessero piegare all'indentro al diritto, dove serivano tutte le teste delli puntelli soprascritti, erano posti dentro al Castello travi in traverso a tutte quattro le Colonne, e fermati con chiodi, e legature a ciascheduna di esse; poi tra il vano, che era tra le prime, ed ultime antenne, che stavano più in fuori, che il sasso della Guglia, erano posti travi, che a foggia di sbadacchio spingevano da una parte, e l'altra contro i medesimi travi attraversati dentro al Castello dirimpetto all'appuntellature, e così si veniva ad essere sicuro ancora, che le colonne principali per alcun sforzo di grandissimo peso non potevano mai piegarsi all'indentro, e questo Castello così fatto, e fermato era di tanta, e tale fortezza, che se gli fosse stato posto addosso ogni gran fabbrica, non avrebbe ceduto altrimente, come se fosse stato un masso di qualche gran sasso, o muro massiccio ivi fabbricato; di più alla cima s'erano poste otto ventole tirate con taglie armate a quattro capi con canapi grossi per più sicurezza; sopra le incavallature erano messi cinque travoni lunghi l'uno palmi trenta, e grossi per ogni faccia più di palmi tre, alli quali nevano fra un' incavallatura, e l'altra erano attaccate le quaranta taglie, che rispondevano alli quarant' Argani, e dette taglie erano sempre imbragate non nel mezzo del vano, ma delle bande accanto al vivo delle colonne, ed incavallature per maggior sicurezza; talchè essendo detto vano solo di palmi tre, non poteva sforzo di qualsivoglia gran peso non essere sostenuto da suddetti travi in così breve spazio senza un mini no pericolo di romperssi, come di tutto appare nel seguente disegno, nel quale si mostra un fianco di detto Castello, che era volato dalla banda verso Mezzo giorno, e similmente era dalla banda verso Tramontana.

A Quattro colonne principali d'un fianco, che sostenevano le incavallature da questa banda.

B *Piano della cima, dove risedevano le incavallature, alle quali era l'incarco del peso.*

C *Fusto dell'Obelisco.*

D Cinque leve poste a piedi della Guglia, tre dalla banda della Sagrestia verso Ponente, e due dall'altra banda verso Levante.

E Ponte fatto per comodità di quelli, che passavano dalla Sagrestia al Castello.

F *Varj puntelli per rinforzo del Castello.*

G *Forma, e modo d'un Argano in atto d'operare.*

h Croci, e traverse per armatura, e fortezza del Castello, quali tenevano con li loro riscontri, e contrasti, che le colonne, e puntelli non si potevano, ne stringere, ne allargare dal luogo loro.

Le Chiavarde di ferro, che passavano per li fori delli travi, ed erano fermate con zeppe parimente di ferro, per tenere unite le dette travi, che formavano le colonne, e si vedono disegnate nella tavola prima, erano once due grosse, e palmi cinque di lunghezza, dove pure si vedono le staffe di ferro, che cingevano le accennate colonne.

Le Taglie poi, le Polee con cassa di ferro, e girelle d'ottone, come ancora le altre con cassa di legno, staffe di ferro, e girelle d'ottone si vedono nella Tavola Quinta.

TAVOLA XL.

DIpoi si coperse tutta la Guglia di stuore doppie, acciocchè non venisse segnata, e sopra dette stuore era una coperta di tavoloni grossi un quarto di palmo, sopra de' quali erano verghe di ferro, larghe mezzo palmo, e grosse un quarto di palmo; di queste ve n'erano tre per faccia, le quali abbracciavano il piede di sotto della Guglia tra i gnoccoli di metallo, e venivano su per il diritto da tutte quattro le facce della pietra coi loro nodi a modo di maschietti, per congiungere l'una sopra l'altra; e dette verghe erano cinte strette attorno da nove cerchj del medesimo ferro, come tutto si vedrà nella Tavola seguente. Il ferro dell'imbragatura pesava libbre quaranta mila, e fra i tavoloni, taglie, e canapi altre libbre quaranta mila in circa di modo, che la Guglia imbragata di questa maniera veniva a pesare un milione, e quaranta tre mila, e cinquecento trenta sette libbre.

Nel

Dum hæc agebantur platea circa Obeliſcum complanabatur, intereaque ergatæ, quæ prorſus ex integro fuerunt compoſitæ, ſuis figebantur locis, prout pariter videri poterit in typo; aptatique ſubinde fuerunt omnes poliſpaſti ductis cannaborum capitibus ad eam ergatam, quæ ipſis fuerat deſtinata. Atque ut ii, quibus Contignationis cura commiſſa erat, illicò dignoſcere poſſent, quæ ſingulis gyris nimis tenſæ, vel nimis laxæ remanſiſſent ergatæ, earum quaslibet ordinatim ſuis numeris ſignandas curavi, uti etiam quaslibet trochleas ſuis ergatis, & poliſpaſtis reſpondentes; & ob id, nulla interpoſita mora, ab ipſo Contignationis vertice nunciari poterat, quæ laxandæ, quæ tendendæ forent ergatæ; quique ſingulis præerant ergatis, illicò poterant reſpondere, & quicquid ipſis mandabatur, ordinatim, omnique confuſione remota exequi, & adimplere; Inſuper, id exigente plateæ anguſtiâ, operæ pretium fuit, tres in Sacrario figere ergatas, multiſque in locis ſpartarum vias diverſis declinare trochleis præſenti ſchemate videndis. Notatis, ut diximus, ergatis, cannabiſque omnibus ſuo loco immiſſis, ſingulæ ope trium, vel quatuor equorum moveri cæptæ ſunt, ut vires ſimul, & uniri, atque inter ſe convenire poſſent; ſingulæ etiam ter, aut quater diligenter fuerunt inſpectæ, donec omnes æquè protenſæ comperirentur, atque in hoc ſtatu relictæ fuerunt die 28. Aprilis 1585. Quoniam verò infinita penè hominum multitudo undequaque concurrebat tam memorandum opus inſpectura, omnes viæ in dictam plateam ducentes fuerunt occluſæ, ut quælibet, quæ ex tanta multitudine ſuboriri potuiſſet confuſio, tolleretur, ſimulque ſolemne promulgatum fuit edictum, ne quis deſtinata operi die intra repagula, Artificibus, operariiſque exceptis, ingrederetur, ſtatuta etiam capitis pœna iis, qui cancellos amovere, aut rumpere tentaſſent; ii verò, qui aliquo modo Opificibus impedimento eſſent, quique vel loquerentur, expuerent, aut aliquem vel minimum ederent ſtrepitum, gravibus coercebantur pœnis, ſicque quidquid a nſe præcipiebatur ab omnibus facilè percipi, intelligique poterat. Hujuſmodi autem edicto omnes paruerunt ita, ut altiſſimum ſemper ſervatum fuerit ſilentium. Antequam verò Obeliſcus modo ſupradicto colligaretur, aliquot dies ante globus, qui illius vertici ornamenti causâ inſidebat, fuit ablatus, multiſque opinantibus in eo (Cæſari quippe dicatus erat Obeliſcus) ejuſdem Cæſaris cineres includi, ſumma cum diligentia rem prius exploravi, compertoque globo integro, & abſque ulla commiſſura efformato, nihil eidem inſeri potuiſſe, illico innotuit. Verum quidem eſt multis in locis a ſcloporum ictibus perforatum apparuiſſe, quod profectò contigit quando Urbs capta eſt, & ob id aliqua etiam pulveris portio a ventis excitata ſcloporum foramina penetraverat. Sed ut ad propoſitum, unde digreſſi ſumus, revertamur, trigeſima ejuſdem menſis Aprilis Mercurii die implorata in Templo ante diluculum Divini Numinis Majeſtate, ſole nondum orto, ſeptum ingreſſi ſumus, diſpoſitiſque ſuis in locis ſingulis Opificibus, duo inter illorum primarios cuilibet ergatæ fuerunt aſſignati, qui curam gererent, omnemque adhiberent diligentiam, ut juxta methodum a me præſcriptam agi poſſet; hujuſmodi autem methodus erat, ut vix audito tubæ clangore eminentiori loco poſitæ, omnibuſque patenti, propriam ergatam moveri curarent; contra verò audito *Campanæ* ſonitu vertici Contignationis appenſæ ab incæpto motu ſtatim deſiſterent. Intra ſeptum in uno plateæ capite viginti præſto erant equi, vigintique homines eorum curæ invigilantes, quorum ope mutari poſſent, qui defatigati, aut labori impares dignoſcerentur. Præterea octo, vel decem peritioribus per totam plateam diſtributis Viris, qui undique circumſpicerent, ne ulla oriretur confuſio, viginti alios deputavi Opifices, qui cannaba, poliſpaſtos, & orbiculos, & quæ neceſſaria erant, huc illuc aſportarent, ſi quid fortè rumpi contingeret, vel alia neceſſitas inſurgeret; & hi quidem omnes ſeorſim eminentiori in loco ante portam domus, in qua machinæ, & inſtrumenta ad hoc conficiendum opus accomodata ſervabantur, conſiſtentes cuicumque nutui obtemperabant, idque optimo quidem conſilio ſtatutum eſt, ne ſcilicet, qui ergatis præerant, aliique Opifices locum ſuum deſererent: quod maximam ſanè confuſionem peperiſſet. Quoniam verò qui ergatis trahendis deſtinati erant equi aliquando nec ſtetiſent, nec ea qua opus eſset celeritate, motum ſuum continuaſſent, nonnullos ob id propoſui homines, qui illos juxta præſcriptum regerent, & moderarentur. Neque his contentus duodecim ſabros lignarios ſub Contignatione ſtare juſſi, qui continuam gererent curam immittendi ſubter Obeliſcum cuneos ligneos, & ferreos ibi jam præparatos, duoque inde præcipua dimanabant commoda: non ſolum enim erigendum promovebant Obeliſcum (cuneorum quippe vires quantum in hoc afferant utilitatis quiſque dignoſcit) verum etiam illum ſuſtentabant, ne penſilis ſupra cannaba remaneret; at quia iidem fabri lignarii ab aliquo cuneo, vel alia quacumque re, quæ fortè deſuper decidiſſet, offendi potuiſſent, ideò ferrea caſſis geſtanda unicuique data eſt. Contignationis curam 30. Opificibus poſtmodum commendavi, qui ſuperiori parte inſidentes, poliſpaſtos, & ligamina diligenter inſpicerent, ſtatimque quid opus fuiſset nunciarent: triginta quinque inſuper deſtinati fuerunt tribus illis vectibus, qui Occaſum reſpiciebant; duobus verò vectibus in anteriori parte ſitis decem, & octo fuerunt aſſignati una cum parva ergata, quæ a ſolis hominibus moveri commodè poſſet. Orto jam ſole, cœloque ſereno, omnibus Opificibus promptis, atque paratis, rurſus implorato divino præſidio, ſublimiori loco conſiſtens Architectus deſtinatum machinarum motui ſignum tubarum clangore dedit. Quocirca dd. quinque vectibus, 40 ergatis, 907 opificibus, 75 equis ſimul agentibus opus incæptum eſt. In hoc tamen primo machinarum motu terra contremiſcere viſa fuit, dicta ſiquidem Contignatio magnum edidit ſtrepitum, atque omnibus lignis præ pondere ſeſe mutuò conſtringentibus, Obeliſcus, qui duobus palmis ad Boream pendebat verſus S. Petri Chorum, ubi nunc Divina peraguntur, ad perpendiculum reſpondit: verum poſt auditum ſtrepitum cum contignatio nulla ſui parte cedere, nullumque Deo ſavente illatum damnum dignoſceretur, quilibet promptior, & alacrior factus eſt, atque omnibus ad *Campanæ* ſonitum ſiſtentibus, circulus quidam ferreus, primus nempè eorum, qui virgas circa Obeliſcum poſitas a vertice initio ducto circumdabant, ruptus apparuit: in ejus tamen locum illicò ſubſtituti fuerunt octo poliſpaſti hinc, indè cuidam cannaborum involucro ibidem alligati, ductis capitibus ſubter Obeliſcum, illiſque alia ex parte ad d. circuli libellam ſuperius reaſſumptis, & pluries quidem, donec, omnibus bene firmatis, motum proſequi opportunum viſum eſt: ſicque poſt duodecim circumvolutiones duobus palmis ſupra tres quartas erigi potuit, quod ſufficiens habitum eſt, ut demptis ſulcimentis ſtratum vehiculare ſubtus collocari poſſet, atque ad hanc altitudinem ſub 4 angulis firmatus fuit Obeliſcus validiſſimis truncis, cuneiſque ligneis, & ferreis, horaque 22. ejuſdem diei omnia fuerunt completa; ſubinde monitis ope mortariorum Caſtri S. Angeli militibus, in lætitiæ ſignum omnia bellica tormenta fuerunt exploſa; ne vero Opifices locum deſererent ſuum, curatum eſt, ut cuilibet ſuis in locis prandium miniſtraretur. Effectus autem ſatis, ſuperque oſtendit zonis ferreis funes eſe tutiores, ideòque Obeliſcus multis prægrandium cannaborum involucris undequaque pluribus in locis cinctus fuit, quibus, ne ſurſum elaberentur, multi involvebantur funes, qui infra demiſſi ſubter Obeliſci pedem tranſibant, atque alia ex parte ſurſum ducti rurſus dd. involucris involvebantur, iterumque demum demiſſi eodem in loco, quo prius, religabantur, atque hoc modo omnibus quatuor faciebus aptati còlligationes, & cannaborum involucra, ne ſurſum excurrerent, validiſſimè ſtringebant, ac roborabant. Plurimi ex circulis ferreis magno compreſſi pondere aut rupti, aut intorti, aut loco ſuo dimoti ſunt, alii verò quoſdam ferreos globulos data opera virgis appoſitos ità a ſe expulerunt, ut ſi ferrum cultro cædi poſſet, cultro & ipſi cæſi viderentur, quod ſane huic tam magno ponderi eſt aſcribendum. Dum verò Obeliſcus ſenſim attollebatur plurimi ex fabris lignariis juxta id, quod anteà præceperam, intra Contignationem ad Obeliſci pedem conſiſtentes ſubter ipſum continuo labore in cuneis tum ligneis, tum ferreis, prout opus erat configendis inſudabant; qui quidem cunei, præterquam quod erigendo Obeliſco non parum inſerviebant, plura quoque præſtabant commoda, & utilitates: non ſolum enim præpediebant, ne aut demitteretur, aut penſilis ſupra funes remaneret, verum etiam hoc efficiebant, ut veluti propriæ ſtylobatæ ſerè ſemper inſiſteret.

His ad finem perductis maxima lætitia totum populum perſudit, intereaque ſulcimentis extrahendis inſudatum eſt, quorum bina ſtylobatæ ſuperficiei inſiſtebant, unumque ex his ſtatim Sanctitati Suæ fuit exhibitum, cui opus non parum arriſit; alia verò duo, quæ Boream reſpiciebant, ipſi petræ tribus unius palmi medietatibus inſigebantur, ita, ut cum fruſtrà illis extrahendis quatuor continuis

 diebus,

Nel medesimo tempo si spianava una piazza intorno a detta Guglia, e di mano in mano si andava piantando gli Argani, che erano già finiti, e fatti tutti di nuovo, come similmente si vedrà in disegno, e s'investirono tutte le taglie di mano in mano accomodando i capi delle corde al loro Argano determinato; e perchè i Deputati alla cura del Castello potessero in un attimo conoscere quali Argani fossero restati, o troppo lenti, o troppo tirati a mossa per mossa, feci segnare gli Argani per numeri ordinatamente, e similmente ancora le polee, che rispondevano ciascuna al suo Argano, ed alle loro taglie particolari di modo, che ad ogni bisogno dalla cima del Castello si poteva dare avviso quale Argano era necessario allentarsi, o tirarsi di maniera, che i Capi Mastri deputati alla cura ciascheduno del particolare loro Argano, potevano in un momento rispondere per ordine, ed eseguire quanto loro era imposto particolarmente senza una minima confusione; e per la strettezza della piazza fu necessario piantare tre Argani nella Sagrestia, ed in molti luoghi scavezzare le strade de canapi con diverse polee, come si vede nella presente pianta. Segnati, che furono gl'Argani, ed accomodate tutte le corde, s'incominciò ad Argano per Argano a tirarli con tre, o quattro cavalli per accordare, ed unire le forze loro, rivedendoli tre, o quattro volte ad uno ad uno, sino che fossero ugualmente tirati, ed a questo segno si fermarono alli 28. d' Aprile 1585. E perchè un popolo infinito concorreva a vedere così memorabile impresa, per ovviare ai disordini, che potesse causare la moltitudine delle genti, s'erano barrate le strade, che arrivano sopra detta piazza, e si mandò un Bando, che il giorno determinato ad alzar la Guglia nessuno potesse entrare dentro i ripari, salvo che gli Operaj; a chi avesse sforzato i Cancelli vi era pena la vita; di più che nessuno impedisse in qualsivoglia modo gli Operaj, e che nessuno parlasse, sputasse, o facesse strepito di sorte alcuna sotto gravi pene, acciocchè non fossero impediti li comandamenti ordinati da me ai Ministri; e per timore di questo Bando in tanta quantità di popolo, che concorse, fu usato grandissimo silenzio. Avanti che la Guglia fosse imbracata, alcuni giorni prima fu levata la palla, che vi stava in cima per ornamento; e perchè molti pensavano, che (essendo la Guglia dedicata a Cesare) in essa fossero le ceneri di lui; fu considerata da me con gran diligenza, e vidi essere gettata tutta d' un pezzo senza commessura alcuna, che stando questo, non vi si poteva metter dentro cosa alcuna. E ben vero, che in molti luoghi è stata forata dall' archibugiate, che vi sono state tirate dai Soldati, quando la Città di Roma fu presa, per li quali fori era entrata alquanto di polvere spinta da venti: il che fu mostrato da me a molti. Ma per tornare al proposito nostro: alli 30. del medesimo Mese d'Aprile il Mercoledì, fatte le convenienti Orazioni, avanti che apparisse il giorno, useiti dalla Chiesa s'entrò nel Serraglio, e tutti gli Operaj furono deputati, ed accomodati al luogo loro, assegnando ad ogni Argano due Capimastri, quali si prendessero cura, ed usassero diligenza di farlo lavorare secondo l'ordine, il quale era, che ogni volta, che si fosse sentita sonar la Tromba da un Trombetta, che io avea fatto venir a posta, e stava in luogo rilevato visto da tutti, ciascheduno dovesse far voltare il suo Argano, avendo buon occhio, che il tutto si eseguisse diligentemente, e che quando avessero sentito il suono d' una Campana, la quale io avea fatta accomodare alla cima del Castello subito s' avessero da fermar tutti. Dentro al Cancello da un capo della piazza stava il capo de' Carrettieri con venti Cavalli grossi, governati da venti Uomini, quali io avea fatto venire per poter mutare, e rinfrescare secondo il bisogno. In oltre io aveva distribuito per la piazza otto, o dieci valent' Uomini, i quali andassero rivedendo da tutte le parti, mentre si lavorava, acciocchè non intravenisse disordine alcuno, di più avea ordinato una compagnia di vent' uomini, che si pigliassero cura di portar innanzi, e addietro le monizioni necessarie di corde, traglie, girelle, e altro secondo che fosse bisognato, o per rottura, o per altri rispetti; nè questi doveano avere altra cura, e s'erano posti da una banda in luogo alto avanti la porta della casa delle monizioni, dove ad ogni minimo cenno, o comandamento dovessero obbedire a quanto venisse commesso loro; e questo fu fatto, acciocchè nessuno dei Deputati alla cura degli Argani avesse da abbandonare il luogo suo, per vietare ogni confusione, che potesse accadere, e così s'era ordinato a tutti, e ad ogni Argano io avea posto uomini, e cavalli, acciocchè detti uomini avessero da governare con più ragione l'Argano conforme i comandamenti de' Capimastri deputati, che non avrebbero fatto, se fossero stati solamente cavalli, i quali talvolta non si fermano, o movono così presto, come si vorrebbe; di più s'erano posti sotto il Castello dodici falegnami, i quali avessero cura di batter sotto la Guglia continuamente zeppe di legno, e di ferro quivi preparate a posta: il che serviva a due effetti, l'uno per ajutare ad alzarla, sapendo ogn' uno quanta forza hanno le zeppe, l'altro a sostentarla, acciocchè mai non stesse la Guglia in aria sopra le corde: e questi falegnami aveano in testa una celata di ferro, per difendersi, se a sorte fosse cascato dal Castello qualche zeppa di legno, o altro. Alla cura, e guardia del Castello disegnai trent' uomini, acciocchè stando sopra quello prendessero cura insieme delle Taglie, e legature, e ne dessero avviso secondo il bisogno; alle leve di Ponente, che erano tre, posi trentacinque uomini a governarle; a quelle dinanzi, che erano due, ne posi diciotto con un' Arganetto piccolo da uomini. Mentre così erano distribuiti gli offizj si era fatto giorno bellissimo, e sereno, e sentitosi il suono fu dato principio con le suddette cinque leve quarant' Argani, novecento sette uomini, e settanta cinque cavalli. In questo primo moto parve, che tremasse la terra, ed il Castello fece un grande strepito, stringendosi pel peso tutti i legnami insieme, e la Guglia, che pendeva due palmi verso il Coro di S. Pietro, dove s' offizia al presente, che è verso Tramontana (il che si conobbe nel piombarla) si dirizzò a piombo: essendosi sentito quello strepito, e non cedendo il Castello in parte alcuna, ne occorrendo male ad alcuno, ognuno prese animo, e fattosi fermare col segno della Campana si trovò, che s'era rotto un cerchio di ferro, il primo di quelli, che circondavano le verghe intorno alla Guglia, cominciando dalla cima; al qual cerchio si rimediò con quattro para di taglie imbragate da una banda, e dall' altra ad un invoglio di canapi in detto luogo, e facendo passare i canapi sotto la Guglia, e ritornar di sopra al paro di detto cerchio dall' altra banda per molte volte tanto, che fermato bene si seguitò innanzi, e così in dodici mosse s' alzò palmi due, e tre quarti, tanto, che bastava per mettervi sotto lo strascino, e levare i gnoccoli di metallo, e fu fermata a questa altezza sotto li quattro angoli con gagliardissime mozzature, e zeppe di legno, e di ferro, ed il tutto fu finito ad ore ventidue del medesimo giorno; e dato il segno a Castello con alcuni mortari si spararono tutte le artiglierie con grandissimo rimbombo in segno d' allegrezza; e prima, acciocchè nessuno si partisse da' suoi luoghi, s' era portato il mangiare sull' ora del pranzo a ciascun' Argano nelle sue canestre, e per ordine. Dall' effetto si venne in cognizione, che le corde sono più sicure assai, che le cinte di ferro: e però s' era prima cinta (non si fidando in tutto dei ferri) di molti invogli di canapi grossissimi intorno intorno in più luoghi, alli quali (perchè non isfuggissero all' insù) s' erano involte molte corde, che calando al basso, passavano sotto il piede della Guglia, e portate insù dall' altra banda s' avvolgevano di nuovo a detti invogli, o cinte, e poi ritornando di sotto un' altra volta erano rilegate dove prima: e così raccomandate per tutte quattro le facce stringevano, e tenevano sortissimo l' imbragature degl' invogli de' canapi, che non scorrevano all' insù. La maggior parte delli cerchj di ferro furono dal gran peso, o rotti, o torti, o mossi dal luogo loro; alcuni altri aveano fatto sbalzar via certi bottoni di ferro colati a posta nelle verghe, nelle quali intoppavano, e parea, che quasi con un coltello fossero stati tagliati, se fosse possibile, che il ferro si potesse tagliare come le altre cose tenere: effetto veramente spaventoso di così smisurato peso, e conforme all' ordine dato, come di sopra dissi, mentre la Guglia s' andava alzando, non mancarono mai falegnami, che stavano dentro al Castello intorno al piede della Guglia, di battere sotto lei continuamente con mazzi di ferro grossissimi molte zeppe di legno, e di ferro di già preparate, che oltre l'ajuto, che davano in alzarla, non si perdeva mai niente di quello, che si era guadagnato in sollevarla, e l' assicurava, che mai non stava in aria sopra le corde, ma veniva a riposare quasi sempre come sul proprio sodo suo piedestallo.

Finito che fu quest' atto si sparse grandissima allegrezza universalmente per tutto il popolo. Di poi s' attese a cavare i dadi, o gnoccoli, come li vogliamo nominare, due de' quali erano posti sopra la superficie del piedestallo, ed uno ne fu portato subito avanti a Sua Santità, che ne mostrò molta allegrezza, e gli altri due, che erano dalla banda di Tramontana erano impiombati, ed imperna-

diebus, noctibusque fuerit insudatum, oportuerit cælorum ope petram undequaque abscindere.

A Sacrarii Ichnographia, intra quod tres ergatæ agebant.

B Duo aditus in dicti Sacrarii parietibus aperti, per quos transmittenda erant cannaba, quosque ingredi debebat Obelisci pes, dum demittebatur.

C Forma, quam contignationis tectum præseferebat, ubi locus, cui polispasti alligabantur, ostenditur, quorum tres duplices erant duobus numeris connotati, ut quemlibet duabus ergatis respondere dignosceretur.

D Locus extra cancellum, ubi vehiculare stratum servabatur, quod fuit positum subter Obeliscum, dum excitabatur.

E Prima Obelisci facies Boream respiciens, ubi denotantur loca, quibus polispasti ibidem alligabantur.

F Secunda facies ad Ortum.

G Tertia ad Occasum.

H Quarta ad Meridiem.

I Circuli ferrei majores, qui virgas ferreas in Obelisci munimen aptatas adstringebant, atque in nonnullos globulos impingebant dd. virgis consultò appositos, ne sursum excurrerent; alii verò circuli nodis cardinum terminabantur.

Litteræ H. C. cum numeris eorum contiguis intra ergatarum circulos denotant quot homines, quotque equi cuilibet ergatæ adstarent, agerentque, ut exhibet figura in inferiori parte præsentis typi.

K Virgæ ferreæ, quæ pedem inferius complectentes per 4 Obelisci facies ascendebant.

L Nodi virgas simul conjungentes instar cardinum.

M Pars Ichnographiæ novæ Ecclesiæ S. Petri.

N Pars Ichnographiæ veteris Ecclesiæ.

O Longus, angustusque locus ducens ad Porticum S. Petri.

P Pars Ichnographiæ nonnullarum domorum S. Petri.

Q Forma unius sustentamenti ex metallo fulcro carentis, quod sustentamentum unum erat ex iis, quæ subter Obeliscum stabant, ponderis librarum sexcentum.

R Sustentamentum cum fulcro libras pendens 800, quod integrum simul cum eodem fulcro fusum est.

TABULA XLI.

UT ad publicum beneficium Obelisci adhuc immoti intelligatur munimen, illudque circum acta contignatio innotescat, eadem in sequenti Diagrammate geometricè delineavimus; sic enim lignorum compages, & cingula ferrea Obeliscum ambientia patefient. Istis adhærebant dispasti cum spastis, aliis in Contignationis vertice collocatis respondentes, cantheriisque fulciti. Unde ex ergatarum, ac funium trochleis circumductorum motu, Pyramidis motus exoriebatur.

A *Vetus Obelisci situs.*

B *Zonæ ferreæ eum complectentes.*

C *Regiæ columnæ rectæ assurgentes è compactis simul lignis ipsius Contignationis.*

D *Columnæ diagonales, seu obliquæ, ex connexis trabibus coalescentes.*

E *Cantherii in ligneæ munitionis fastigio eminentes.*

F *Suspensi Cantheriis dispasti.*

G *Munito Obelisco alligati, instructique funibus dispasti.*

H *Trochlearum locus, unde versus ergatam sparta educebantur.*

I *Vectes adhibiti ad Obelisci evulsionem.*

L *Transversa ligna ad firmam operis coassationem.*

M *Sparta inter trochleas ad ergatam extensa.*

TABULA XLII.

DUm prædicta educebantur fuentamenta, strato jam confecto, vehiculare stratum suis superimpositum est phalangis. Erat autem hoc stratum vehiculare ipso Obelisci pede angustius, ut intervallum inter angulum, & angulum intercedens subire posset, ubi super cuneis, truncisque ligneis, ut supra diximus, stabiliebatur. Nil aliud igitur supererat, quam ipsum Obeliscum demittere: opus sanè inspecta motus magnitudine, & petræ longitudine priori difficilius, atque periculosius. Qua propter unâ cum cannabis omnes mutati fuerunt polispasti, dictisque polispastis per varia loca trium tantum laterum dispositis, atque alligatis, Orientalis Obelisci frons libera relicta est, quæ demissa vehiculari strato debebat insistere; mutatæque pariter sunt ergatæ, quarum ope diverso modo demitti debebat, ut infrà dicetur. Quoniam verò pendente Obelisco sistendum aliquando esse prænoveram ad polispastos, seu colligationes, aliaque necessaria suis locis accomodanda, ne umquam Obeliscus super funes quiesceret, sed fulcris sustentatus suis perpetuò remaneret: ideò quatuor usus sum trabibus longitudinis palmorum 60, in quarum capite quosdam statui ferreos nodos maximæ crassitudinis, cardinum instar, sese prope Obeliscum aperientes circa ferreum baculum (hujus diameter medii palmi) eam Obelisci frontem occupantem, quæ demittenda erat; prædictusque baculus maximo ferreo circulo in suis capitibus firmabatur, qui circumdatis tribus aliis Obelisci frontibus hinc, inde intra quosdam oculos eumdem baculum stringebat: hæ autem trabes phalangæ imponebantur, quæ in modum parvæ ergatæ nonnullos ferreos oculos pedibus earumdem trabium infixos subibat, qui dum Obeliscus descenderet instar circini aperiendi forent, prout opus esset; quod si forte nimis aperti ratione anguli obtusi fulcrorum officio fungi haud potuissent, alios quatuor similes, breviores tamen paraveram, qui eumdem præstarent effectum, donec Obeliscus strato vehiculari fuisset impositus; quando verò ab opere fuisset desistendum, idem Obeliscus semper his fulcitus trabibus remansisset, firmatâ inferius phalangâ, ope cannabi ad ejus capita convoluti, columnisque Contignationis commendati, aut ope pali ferrei quibusdam phalangæ foraminibus appositi, per quem, dum humi jaceret, omnis phalangæ circumvolutio impediretur. Quæ mutatæ fuerant ergatæ, suisque locis destinatæ, rursus tractæ sunt, ductis cannabis eodem prorsus modo, qui in erigendo Obelisco fuit adhibitus. His peractis ergatæ ita fuerunt compositæ, ut circum agi nequaquam possent; inque omnibus his rebus perficiendis, præparandisque octo integri consumpti sunt dies, ita ut Mercurii die 7. Maii 1585. diluculò omnia fuerint bene, rectèque composita. Ad Obelisci pedem octo alligabantur polispasti, quatuor ergatis Occasum versus post Sacrarium positis respondentes, atque ita illicò prædictæ quatuor ergatæ moveri cæperunt; cæteræ verò omnes, quæ tunc quiescebant, funes eodem tempore laxabant, prout his, qui præerant, fuit mandatum; eâdem prorsus, ac in erigendo Obelisco servatâ methodo, nempe ad tubæ clangorem ergatæ ad Obelisci pedem positæ funes, laxantibus cæteris, tendebant suos, audito verò Campanæ sonitu omnes sistebant; utque Obelisci acumen humi inclinaretur, duabus trabeculis, quæ ultimis dictæ Contignationis columnis incumbebant, retrò fulcitum fuit; dumque pes traheretur, cum prædictum acumen fulcris vincendis impar esset, summa cum facilitate humi inclinari potuit. Ne verò dum inclinaretur aliquo modo concuti posset, quinque armati fuerunt polispasti, supra Sacrarii fornicem positi, atque aliis quinque, qui Obelisci acumini aptabantur, respondentes, fræni instar ita demissionem temperabant, ut omne concussionis periculum fuerit penitus submotum. Immò cum dimidium spatii descendendo percurrisset, quia pondus majori ex parte pedem gravabat, ipse per se labi cæpit supra phalangas, unde omnis tractoria vis evasit inutilis; immò ad hujusmodi motum nimis violentum coercendum, operæ pretium fuit novum concinnare polispastum, quo ad Obelisci pedem alligato, ad ductoris placitum moderari potuit, ita ut horâ 22. sine ullo damno, aut periculo totus strato vehiculari incubuerit, quod ipse, dum demitteretur, sibi attraxerat.

In præsenti tabulâ Obeliscus ostenditur intra Contignationem eo modo, quo stabat, dum demitteretur.

A *Tabulatum in ligneæ Contignationis fastigio cum appositis trochleis, quibus circumductis funibus lentâ velocitate omnia procedebant.*

B Obeliscus intra Contignationem pendens, qui sensim demittitur.

C *Zeugmata, quæ vinculorum instar nutantem continebant Obeliscum.*

D Quatuor trabes fulcrorum loco subter Obeliscum, dum demittebatur.

Q Stratum vehiculare longum palmis 80, latum palmis 9, juxta 4

ti un palmo, e mezzo dentro la pietra così, che per cavarli, dopo avervi faticato in vano quattro giorni, e quattro notti, convenne, che gli Scalpellini tagliassero loro la pietra intorno intorno.

A Pianta della Sagrestia, dentro la quale lavoravano tre Argani.

B Due aperture fatte ne' muri della suddetta Sagrestia pel passaggio de' canapi, e dove la Guglia doveva entrar dentro col piede, quando s' abbassava.

C Forma del tetto del Castello, che mostra il luogo, dove erano attaccate le taglie, tre delle quali erano doppie, segnate con due numeri in segno, che ciascuna rispondeva a due Argani.

D Luogo fuori del Cancello, dove stava lo strascino, che fu posto sotto la Guglia, quando fu alzata.

E Prima facciata della Guglia, che stava volta verso Tramontana, per mostrare i luoghi, ne' quali in detta faccia erano attaccate le taglie.

F Seconda facciata verso Levante.

G Terza facciata verso Ponente.

H Quarta facciata verso Mezzo giorno.

I Cerchj di ferro grossi, quali tenevano strette le verghe di ferro, che armavano la Guglia, ed intoppavano in alcuni bottoni fatti a posta in dette verghe, acciocchè essi non potessero scorrere all' in sù; alcuni altri intoppavano ne' nodi de maschietti.

Le lettere H C con li numeri loro contigui dentro a cerchj degli Argani denotano quanti uomini, e cavalli erano in ciascheduno, e lavoravano, come si vede in figura nella parte inferiore del presente disegno.

K Verghe di ferro, quali abbracciando il piede di sotto venivano in sù per tutte quattro le facce della Guglia.

L Nodi, che congiungevano le verghe insieme a foggia di maschietti.

M Parte della pianta della Fabbrica nuova di S. Pietro.

N Parte della pianta della Chiesa Vecchia.

O Andito del Porticale di S. Pietro.

P Parte della pianta d' alcune Case di S. Pietro.

Q Forma d' un gnoccolo di metallo senza perno, di quelli, che stavano sotto la Guglia, di peso di libbre seicento.

R Gnoccolo col perno di peso di libbre ottocento, quale insieme col perno era gettato tutto d' un pezzo.

TAVOLA XLI.

Acciocchè meglio si possa comprendere per benefizio pubblico la vestitura dell' Obelisco avanti che si movesse, come anche il Castello, che lo circondava, sopra il quale fu sospesa per aria questa gran Pietra, abbiamo nel seguente Rame improntato la giusta delineazione geometricamente, per riconoscere l' incatenatura de' legnami, che la componevano, e sua fermezza, come anche l' imbraghe, e cinte di ferro, che abbracciavano l' Obelisco. A queste erano attaccate le taglie doppie, armate con canapi corrispondenti all' altre nella cima del Castello sostenute dalle incavallature: onde dal moto degli Argani, e corde, che passavano per le Polee, ne seguì il movimento.

A *Situazione antica dell' Obelisco.*

B *Cinte di ferro, che lo cingevano.*

C *Colonne reali perpendicolari di legnami incatenati, e collegati nel Castello.*

D *Colonne Diagonali, o a scarpa di travi collegati, come sopra.*

E *Incavallature nella sommità del Castello.*

F *Taglie doppie attaccate alle incavallature.*

G *Taglie doppie attaccate all' armamento dell' Obelisco, armate di corde.*

H *Luogo delle Polee, dove passavano i canapi verso l' Argano.*

I *Leve, che servirono per ajuto a sbarbicare l' Obelisco.*

L *Legnami traversali per incatenamento dell' Opera.*

M *Corde, che passavano fra le Taglie, e Polee fino all' Argano.*

TAVOLA XLII.

MEntre che si cavavano i detti gnoccoli, fu fatto il letto, e messo lo strascino sopra curri, il quale strascino s' era fatto più stretto, che non era il piede della Guglia, acciocchè potesse entrarvi di sotto nel vano restato fra un angolo, e l' altro, dove ella s' era fermata sopra le zeppe, e mozzature di legni, come di sopra si è detto. Restava dunque di calarla a basso: impresa più difficile, e pericolosa della prima per la grandezza del movimento, e per la lunghezza della Pietra; però a questo effetto si mutarono tutte le taglie, e canapi, attaccandole in varj luoghi da tre bande solamente, lasciando libera la faccia della Guglia volta verso Levante, la quale calando avea da posare sopra lo strascino, e si mutarono gli Argani, che aveano da servire in altro modo, per abbassarla, come si dirà; perchè io prevedeva, che sarebbe stato bisogno tal volta fermarsi, mentre la Guglia stava pendente in aria, per accomodare o taglie, o legature, o altro, secondo il bisogno, che fosse occorso, acciocchè essa Guglia non posasse mai su le corde, ma restasse sempre appuntellata: providi al tutto con quattro travi lunghi l' uno palmi sessanta, in capo de' quali feci fare alcuni nodi di ferro grossissimi a modo di maschietti, che si snodavano vicino alla medesima Guglia intorno ad un bastone di ferro, grosso per diametro mezzo palmo, posto da quella faccia, che avea da calare verso terra; e detto bastone era tenuto ne' capi da un cerchio di ferro grossissimo, che circondando tutte le altre tre facce, stringeva dentro a certi occhj il suddetto bastone di quà, e di là; e li travi sopraddetti erano posti sopra un Curro, che entrava a foggia d' Arganello in alcuni occhj di ferro inchiodati al piede di detti travi, quali, mentre la Guglia calava, s' avevano d'aprire a foggia di compasso, quanto fosse bisogno; e quando fossero stati aperti tanto, che per rispetto dell' angolo ottuso non avessero potuto servire più per puntelli, ne avea io preparati altri quattro più corti simili, che avessero a servire pel medesimo effetto, finchè fosse posta su lo strascino; e quando fosse occorso fermare l' Opera, la Guglia sarebbe sempre stata appuntellata sopra questi travi, fermando il Curro di sotto con un canapo avvoltogli attorno da i capi, e raccomandato alle colonne del Castello, o con un palo di ferro posto dentro a certi fori, che erano nel Curro, qual palo di ferro, distendendosi per terra, avrebbe trattenuto il volgimento di esso Curro. Gli Argani mutati, e posti in luogo conveniente si tirarono di nuovo, accordando i canapi nel medesimo modo, che fu fatto, quando s' avea da alzare. Fatto questo si fermarono di maniera, che non potevano più voltarsi; e nel fare, e preparare tutte queste cose si consumarono otto giorni di tempo, a tale, che il Mercoledì, che fù alli 7. di Maggio 1585. la mattina a buon ora fu in ordine tutto l' apparecchio. S' erano attaccate al piede della Guglia quattro para di Taglie, che rispondevano ai quattro Argani piantati dalla banda di Ponente dietro la Sagrestia, e così a buon ora li quattro Argani suddetti cominciarono a voltare, e tutti gli altri, che erano fermati, nel medesimo tempo andavano allentando le funi conforme alla commissione data a coloro, che ne aveano la cura; e si osservò il medesimo ordine, che si tenne in alzarla, cioè, che quando sonava la Tromba, gli Argani attaccati al piede della Guglia tiravano, e tutti gli altri allentavano, e quando si sonava la Campanella, tutti fermavano; ed acciocchè la punta si avesse da piegare verso terra, s' era appuntellata dalla banda di dietro con due travicelli, che erano fermati nell' ultime colonne del Castello: e mentre il piede era tirato, non potendo la punta sforzar li puntelli, si piegò verso terra con grandissima facilità; ed acciocchè nel piegarsi non avesse dato qualche crollo, s' erano armate cinque taglie, e fermate sopra la volta della Sagrestia, le quali rispondevano ad altre cinque attaccate alla punta della Guglia, ed andarono a guisa di briglia temperando di tal maniera il suo calare, che non diede mai scossa alcuna; e quando fu alla metà dello scendere, perchè il peso veniva a correre la maggior parte sopra il piede; cominciò da se stessa a sdrucciolare all' indietro sopra li curri, e non saceva più bisogno di tirarla; anzi fu necessario, per frenar questo moto, che era troppo gagliardo, armar una taglia, ed attaccarla al piede di essa Guglia, e con quella governarla a beneplacito del Conduttore, talmente, che a 22. ore fu spianata sopra lo strascino, che ella medesima si era tirato sotto nell' abbassarsi, saniissima senza offesa di nessuna persona.

Nella presente Tavola si mostra la Guglia dentro al Castello, nel modo, che stava, quando calava abbasso.

A *Armatura di legnami nella cima del Castello, alli quali erano attaccate le Taglie più singolari, e dentro queste passavano le corde, e se ne otteneva la maggior forza.*

B Guglia dentro del Castello pendente, che va a poco a poco calando verso terra.

C *Ventole, che fermano la vacillazione del Castello.*

D Quattro travi, che servivano per puntelli sotto la Guglia, mentre s' abbassava.

Q Strascino lungo palmi 80. largo palmi 9. composto per il lungo di quattro

trabium longitudinem compositum una cum transversis asseribus bene immissis, crassitudinis palmorum 2 cum quarta parte. Huic vehiculari strato impositus est Obeliscus, cujus pedi per funes alligabatur; dum verò idem Obeliscus retrò laberetur paulatim dictum vehiculare stratum sub se trahebat.

E *Obelisci pes, quem quinæ ergatæ solis crassioribus spartis instructæ sistebant.*

F *Obelisci apex, qui totius compagis culmine eminebat sublimior.*

G Septuaginta phalangæ ferramentis instructæ in capitibus, diametrum unius palmi habentes, & subter stratum vehiculare positæ; harum aliquæ præ magno pondere disruptæ sunt, aliæque strati trabes penetrarunt.

H Ergatæ, quæ inter se conveniunt, dum Obeliscus demittitur.

i Stratum vehiculare longum palmis 30, quod prius sub Obelisci pede stabat: illo autem demisso immune remansit a pondere.

k Scala supra contignationem constructa necessario ascensui, ac descensui accomodata.

l Scala duarum cannarum in præsentis typi mensuram.

TABULA XLIII.

PRæsenti Tabula ostenditur Obeliscus secundum apicem statim, ac supra stratum vehiculare fuit demissus, nec non funes, qui illum sustentabant intra Contignationem ope zeugmatum a Borea ad Austrum stabiliram.

A Prospectus totius Contignationis completæ.

B *Imæ trochleæ pyramidis trabeationi infitæ, quibus sparta regebantur.*

C Obelisci acumen intra Contignationem.

D Cannaba illum sustentantia.

E Machina protractoria, seu stratum vehiculare.

F Erisnara *strato vehiculari subjecta, nec non in orbem circumstructa, quibus ad motum incitatis etiam Obeliscus sensim provehebatur.*

G Stratum subter dictam machinam protractoriam.

H *Antennæ crassioribus, transversisque baculis instructæ, quibus opifices sursum, deorsumque poterant ventitare.*

h Polispasti conjunctionibus alligati.

I Forma ergatæ instructæ.

K Zeugmata, quæ ducebantur per polispastos 4 capitibus armatos.

l Phalangæ.

TABULA XLIV.

HAc Tabula demonstrantur ichnographia, & omnium ergatarum distributio una cum omnibus præparationibus factis ad demittendum Obeliscum, ut supra dictum est.

A Sacrarii Ichnographia.

B *Duo aditus in ejusdem Sacrarii pariete aperti, & funibus, ipsiusque Obelisci deorsum deflectendi basi intus excipiendis accomodati.*

c Forma strati vehicularis, supra quod ferebatur Obeliscus.

C Tectum Contignationis tribus Obelisci frontibus respondentis.

D Supra stratum vehiculare quiescens Obeliscus, qui, dum demitteretur, Sacrarium palmis circiter 60 subierat.

E Superior Obelisci frons cum polispastorum ligamine, quæ prius Occasum respiciens, Contignationis tectum, dum demitteretur, spectabat.

F Ejusdem Obelisci frons meridiana cum suorum polispastorum colligatione.

G Frons Orientalis Obelisci sine polispastis, quippe quæ supra stratum vehiculare sisti debebat.

H Frons Borealis cum colligatione polispastorum.

I *Zonæ ferreæ, densiores, quæ virgas Obeliscum munientes ope sphærularum iisdem consultò insitarum arctissimè constringebant, ne fortè scapos desuper syndesmi, seu anuli relaberentur.*

K *Virgæ ferreæ, quæ imum Obelisci pedem complectentes, quatuor Obelisci facies comitabantur.*

L. *Ferreî syndesmi, seu fibulæ, quæ virgas veluti cardinales scapi connectebant.*

M Nova S. Petri Basilica partim exhibetur.

N Partis Templi veteris delineatio.

O Hypothyrum, seu in ejusdem Templi Porticum ingressus.

P Nonnullarum Ædium Campi Sancti vestigium.

Q *Locus, ubi Contignatio resitebat.*

R *Ergatarum numerus, earumque situs; litteræ H. C cum numeris contiguis qui ergatarum circulis inscribuntur, hominum ejusrumque numerum indicant, ut ima pars exponit Iconismi.*

T Quinque polispasti acumini Obelisci alligati, per quos Obeliscus detinebatur, ne sui descensus initio concuti posset,

V Sacrarii fornix, quo desuper firmabantur quinque polispasti.

X Acumen Obelisci pendentis, cui quinque alligabantur polispasti, aliis quinque in fornice Sacrarii positis respondentes.

Z Polispasti, & ergatæ, quæ Obelisci pedem retraxerant, ut acumen demitti posset.

TABULA XLV.

IMposito igitur Obelisco machinæ protractoriæ, seu strato vehiculari, eoque prorsus illæso sequenti die omnes polispasti, atque ergatæ suis cæptæ sunt muniminibus expoliari; quatuorque in hoc opere insumptis diebus, ope quatuor polispastorum, atque ergatarum totus tandem protractus est Obeliscus extra Contignationem, quæ posteà dissolvi commode potuit, sicque omne sublatum fuit periculum, ne fortè trabs aliqua desuper decideret. Dissolutâ interim Contignatione, extractisque cuneis, funibus, & gomphis, omnia seorsim servata fuerunt, ut novæ Contignationi in platea construendæ inservirent; subinde terra stylobatæ adhærens (tegebatur enim palmis 40, ut initio diximus) effossa est, eodemque tempore lignamina ad plateam S. Petri ducebantur. Detecto ipsius Obelisci dimidio prima stylobatæ portio visa est, cui ossa Obeliscum sustentantia insistebant; erat autem hæc stylobatæ portio altitudinis palmorum 11 cum dimidio, lata ad Orientem palmis 12 $\frac{1}{4}$, ad Occasum palmis 13, ad Boream, & Austrum palmis 13 $\frac{1}{4}$, atque in cubi formam redacta 1924 palmos continebat carraginibus 64, & palmis 4 respondentes; pondus verò libras æquabat 65464, deindè supra phalangas protractata plateam versus deducta est. Sub hac primâ portione inventum est cymatium quoddam integrum, altum palmis 4, superius palmis 15 latum, inferius palmis 13, qui simul ducti palmos cubicos 785 componunt, respondentes carraginibus 26, & palmis 15, seu ponderis librarum 67510; istud autem cymatium evulsum fuit, & unà cum cæteris muniminibus, atque instrumentis in plateam asportatum. Huic eidem Cymatio alia inerat stylobata, alta palmis 13, lata verò 11 supra tres quartas ad Orientem, ad Occasum verò, Boream, & Meridiem palmis 13, qui simul palmos cubicos 2091 complent, & carraginibus 69, palmisque 21 respondent, ponduque constituunt librarum 179826. Cymatio verò basis suberat alta palmis 4 $\frac{1}{4}$, superius lata palmis 13, inferius verò palmis 15 cum dimidio: infra autem quoddam parvum reperiebatur calopodium, ex quo duo veluti prodibant gibbi, unus Orientem, alter Occidentem versus, lati palmo uno supra dimidium, & alti palmis duobus supra quartam, dictaque basis cum his duobus gibbis, palmos habebat cubicos 1288, qui carragines 42, palmosque complent 28, libras verò 110778 continent. Porro cum juxta Architecturæ leges, ac regulas ea, quæ latiora sunt, subtus, quæ angustiora, desuper collocanda sint, statim ac deprehendi primam stylobatæ portionem altitudine minorem in parte superiori latiorem, inferiori angustiorem esse, opinari etiam cæpi hanc stylobatam fuisse quoddam vetustioris ædificii genus, ac monumentum; immò hanc ipsam opinionem tanquam verosimillimam, atque certam amplexus sum, cum paulò post comperi dictæ basis typum cymatio esse præstantiorem; quo circa hujusmodi opus non uni Opifici adscribendum censui; quod si in hujus novæ stylobatæ erectione latiorem partem, quæ desuper erat, cymatio supposuissem, utique maxima orta fuisset deformitas, idemque profectò evenisset, si basi, quæ angustior erat, imposuissem. Cum autem in novam basis substructionem tam grande saxum Romæ haud reperiretur, ideò non minus temporis brevitate, quam justo alicujus novi incommodi timore exagitatus hæc omnia fragmenta simul conjunxi eodem prorsus modo, quo ab antiquis fuerant collocata.

Suberat præfatæ basi quoddam albi marmoris calopodium, altum pal. 4 cum dimidio, longum ad Occasum, & Ortum pal. 22 cum dimidio, ad Boream verò, & Meridiem latum pal. 15. Componebatur autem tribus fragmentis simul unitis cum subsciis plumbo coopertis, totumque aquæ immergebatur ab imo terræ surgenti; dictique subsci tanto temporis spatio illæsi permanserant absque ullâ prorsus ærugine, aut alterius cujuspiam damni genere; quod sanè plumbeo tegmini est adscribendum, satis, superque comprobante experientiâ ferrum intra plumbum optimè conservari; siquidem

 eductis

quattro travi con le traverse bene incastrate, di grossezza palmi due, e un quarto, sopra il quale posò la Guglia, al cui piede egli stava attaccato con corde; e mentre ella sdrucciolava all' indietro, se l' andò sempre tirando sotto da se medesima.

E *Piede dell' Obelisco, che veniva trattenuto dalla forza di cinque Argani armati de' soli canapi.*

F *Punta dell' Obelisco, che avanzava fuori del Castello.*

G Curri serrati ai capi, d' un palmo di diametro, sotto lo strascino, settanta, alcuni de quali pel gran peso si sfragellarono, ed alcuni entrarono dentro ai travi del letto.

H Argani, che s' accordano nel calare abbasso della Guglia.

i Strascinetto lungo palmi 30, quale prima stava sotto il piede, e dopo che la Guglia fu distesa, restò libero del peso.

k Scala fatta sopra il Castello, per potere salire, e scendere ad ogni bisogno.

l Scala di due canne per misura del presente disegno.

TAVOLA XLIII.

NElla presente Tavola si mostra la Guglia per la punta subito, che fu calata sopra lo strascino, con tutte le corde, che la sostentavano dentro al Castello fermato con Ventole da Tramontana ad Ostro.

A Castello tutto finito in prospettiva.

B *Taglie inferiori annestate con la vestitura dell' Obelisco, dalle quali dipendeva il moto delle corde.*

C Punta della Guglia dentro a detto Castello.

D Canapi, che la sostentavano.

E Strascino.

F Curri *sotto lo strascino di figura cilindrica, che mediante il moto riavuto dalla forza rendevano andante l' Obelisco.*

G Letto sotto lo strascino.

H *Antenne annestate di legname con bastoni grossi a traverso, quali servivano per uso di scale per ascendere, e discendere con prestezza secondo, che occorreva agli Operarj.*

b Taglie imbragate all' incavallature.

I Forma dell' Argano vestito.

K Ventole, quali erano tirate con Taglie armate a quattro capi. Curri.

TAVOLA XLIV.

NElla presente Tavola si mostra la pianta, e compartimento di tutti gli Argani con tutte le preparazioni fatte, per calare la Guglia, come si è detto di sopra.

A Pianta della Sagrestia.

B *Due aperture fatte ne' muri della suddetta pel passaggio de' canapi, e dove l' Obelisco doveva entrar col piede, quando si' abbassava.*

c Forma dello Strascino, sopra il quale era portata la Guglia.

C Tetto del Castello, che rispondeva alle tre facciate della Guglia.

D Guglia posata in terra sopra lo Strascino, che nel calare era entrata dentro la sudetta Sagrestia palmi sessanta in circa.

E Faccia di sopra di essa Guglia con l' attaccatura delle sue Taglie, quale stava voltata verso il tetto del Castello, mentre che calava abbasso, e prima era voltata a Ponente.

F Faccia della medesima Guglia voltata a Mezzo Giorno coll' attaccatura delle sue Taglie.

G Faccia della Guglia voltata a Levante senza Taglie, per essere quella, che avea da posare sopra lo strascino.

H Faccia verso Tramontana coll' attaccatura delle sue Taglie.

I *Cerchj di ferro grossi, i quali tenean strette le verghe di ferro, che armavano l' Obelisco con alcuni bottoni fatti a posta, acciocchè essi non potessero scorrere all' insù nei nodi de' maschietti.*

K *Verghe di ferro, quali abbracciavano il piede di sotto, e si estendevano per tutte quattro le facce dell' Obelisco.*

L *Nodi, che congiungevano le verghe a foggia di maschietti.*

M Parte della pianta della Fabbrica nuova di S. Pietro.

N Parte della pianta della Chiesa vecchia di S. Pietro.

O Andito del Porticale della medesima Chiesa.

P Pianta de' Casamenti di Campo Santo.

Q *Luogo, dove stava il Castello.*

R *Situazione degli Argani, e suo numero; Le lettere H.C, con li numeri contigui dentro i cerchj degli Argani, denotano quanti uomini, e cavalli erano in ciascheduno, e lavoravano, come si vede nella figura, e parte inferiore del presente disegno.*

T Cinque Taglie attaccate alla punta della Guglia per ritenerla, acciocchè nel principio del suo calare non desse crollo alcuno.

V Volta della Sagrestia, sopra della quale erano fermate le cinque Taglie.

X Punta della Guglia pendente, alla quale erano legate le cinque Taglie, che rispondevano alle cinque della Volta della Sagrestia.

Z Taglie, ed Argani, che aveano tirato indietro il piede della Guglia, per far calare la sua punta abbasso.

TAVOLA XLV.

COlcata in terra su lo Strascino coll' ajuto di Dio la Guglia sanissima, s' incominciò il giorno seguente a disarmare tutte le Taglie, ed Argani: ed in questo lavoro si consumarono quattro giorni; e di poi la medesima Guglia si tirò con quattro Argani, e Taglie innanzi, sin che uscì fuori di tutto il Castello, per poterlo disfare, e fuggire il pericolo, che nessun trave le cadesse sopra; poi s' attese a disfar detto Castello, levando via tutte le zeppe, corde, chiavarde, e cerchj, salvando ogni cosa separatamente, per potersene servire, rifacendolo di nuovo sopra la piazza. Subito che su disfatto, s' incominciò a cavar la terra attorno attorno al Piedestallo, per disotterrarlo, perchè stava sepolto sotto terra (come dissi al principio) palmi quaranta, e nell' istesso tempo si tiravano i legnami da questo luogo alla Piazza di S. Pietro. Scoperto che su fino a mezzo si trovò il primo pezzo del Piedestallo, sopra il quale erano gli ossi, che sostenevano la Guglia, che è alto palmi undici, e mezzo, largo dalla banda di Levante palmi dodici, e un quarto, da Ponente palmi tredici, da Tramontana, e Mezzo Giorno palmi tredici, e un quarto, che cubato viene ad essere palmi mille novecento ventiquattro, che sono carrettate sessanta quattro, e palmi quattro, e pesa a ragione dell' altro libbre sessantacinque mila, e quattro cento sessanta quattro, e si tirò fuora sopra li Curri, e s' inviò verso la Piazza. Sotto questo primo pezzo si trovò una cimasa tutta d'un pezzo, alta palmi quattro, larga di sopra palmi quindici, e di sotto palmi tredici, che sono palmi cubi settecento ottanta cinque, che sono carrettate ventisei, e palmi cinque, e pesa libbre sessanta sette mila, e cinque cento dieci, la quale si cavò fuori, e s' inviò verso la piazza come gli altri. Sotto questa cimasa era un altro sodo di piedistallo, alto palmi tredici, largo a Levante palmi undici, e tre quarti, a Ponente, Tramontana, e Mezzo giorno palmi tredici, e palmi cubi numero due mila, e novantuno, che sono carrettate sessanta nove, e palmi vent' uno, pesa libbre cento settantanove mila, e otto cento ventisei. Sotto questa era una base alta palmi quattro, e un quarto, larga di sopra palmi tredici, di sotto palmi quindici, e mezzo, ed avea sotto un Zoccoletto, che fa due risalti uno a Levante, e l' altro a Ponente, larghi palmi uno, e mezzo, e alti palmi due, e un quarto, e tutto palmi cubi mille dugento ottant' otto, che sono carrettate quarantadue, e palmi vent' otto, e pesa libbre cento dieci mila, e settecento settant' otto. Ora avendo io veduto, che il primo pezzo del Piedestallo di sopra era più largo, che quello di sotto, e se bene non tanto alto, e per ragione d' Architettura dovendo il più largo andar di sotto, ed il più stretto di sopra, mi fa credere, che questo Piedestallo sia di spoglie d' altre Fabbriche più antiche; e tanto più mi si conferma questa opinione, quantoche si vede la suddetta base fatta di modello bellissimo, e la cimasa di modello di non così buona maniera: dalla qual cosa conseguentemente si può trarre congettura, questa essere opera di due Architetti; e se io nel drizzare di nuovo questo Piedestallo avessi voluto mettere il più largo, che era di sopra, sotto la cimasa, non sarebbe stato bene, e ne pure sarebbe stato bene sopra la base, per essere lei più stretta, come s' è veduto di sopra; e volendo far base nuova, non si trovava in Roma pietra tanto grande, di modo, che per brevità di tempo, e per non incorrere in maggior inconveniente, fui forzato a rimettere tutti questi pezzi, come stavano prima posti dagli Antichi.

Sotto la suddetta base era uno Zoccolo di marmo bianco alto palmi quattro, e mezzo, lungo da Levante, e Ponente palmi ventidue, e mezzo, largo da Tramontana, e Mezzo giorno palmi quindici, ed era di tre pezzi congiunti insieme con spranghe coperte di piombo, e stava tutto nell' acqua, che sorgeva nella profondità della terra; e le spranghe erano conservate in tanto tempo senza essere offese niente dalla ruggine, o da altro; e questo procedeva, per essere coperte di piombo, dentro al quale ho conosciuto per esperienza, che il ferro si conserva benissimo: perchè

eductis dictis subscis quoddam cæli acumen constractum intra ipsum plumbum reperii, quod contigit, ut opinor, dum plumbum, hinc, indè comprimeretur; hocque idem acumen adeò intactum, illæsumque apparuit, ut novum quasi, eodemque die disruptum videretur. Hujusmodi marmor nonnisi maximâ cum difficultate erui potuit: summâ quippe diligentiâ pluribus in locis muniebatur, ideòque adhibere oportuit ferreos cuneos undequaque validissimis malleis summâ vi compressos.

Eductâ prorsus stylobatâ, platea quædam duplex ex Tyburtino lapide inventa est, cui fundamentum ex silice instratum erat; hujusmodi tamen Tyburtini lapides non omnes educi poterant, expensis id non ferentibus, terram verò tractu palmorum circiter 40 penetrabant, aquâ nihilominus assurgente.

Cum igitur Obeliscus hinc ad Plateam S. Petri, in quâ collocari debebat, transferendus esset, spatio nempè cannarum 115, ideò inita prius fuit utriusque loci libella, dictaque platea quadraginta circiter palmis inferior reperta est, proindeque locus, unde discedendum erat, tribus circiter palmis stylobatam excedebat; ideoque humo ex posteriori Ædificio S. Petri in Vaticano Monte asportatâ, aggerem quemdam inde ad Plateam usque in planum construere oportuit, cujus pedalis latitudo palmis 100, altitudo palmis 37, latitudo verò superioris partis palmis 50 respondebat, atque hic idem agger circa Contignationem palmis 125 in pede, in superiori verò parte palmis 95 ampliandus erat; deinde, ne fortè aperiri posset, multis fuit repletus trabibus, simulque valide aliis trabibus planis, & fulcris quolibet in latere armatus, ne ponderi aliqua in parte cederet, ut præsenti tabula videre licet.

A Frons aggeris instructi Meridiem respicientis, nec non tabulæ simul coagmentatæ ab una ad aliam trabem pro dicto aggere.

B Trabes aggerem cingentes, asseresque circumpositos ad humum sustinendam munientes.

C Fulcra undequaque aggeris latera sustentantia.

D Obeliscus supra aggerem juxta modum, quo ducebatur.

E Strarum vehiculare supra Phalangas.

F *Erismata e ligno palmaris crassitudinis, duriori, teretique cum ferreis utrinque anulis, ex quibus procedens machina motum participavit.*

G Varii trabium trunci supra vehiculare stratum, & subter Obeliscum positi, ut ipse in alto remanens, rursus, dum erigendus foret, colligaretur.

H *Planum Plateæ magnæ Vaticanæ.*

i Trabes aggeris crassitudinem utrinque penetrantes, quæ omnibus lateribus alligatæ, clavisque infixæ instar catenæ munimen ita vallabant, ut nullo superimposito pondere posset aperiri.

K Trabes in directum positæ, in quas fulcra impingebant, totam muniminis partem extremam sustentantia.

TABULA XLVI.

DUM hæc agebantur, Obelisci fundamentis jam in plateâ constructis, planum quoddam instratum est ex tyburtino lapide latum undequaque palmis 42; nec non tres gradus ejusdem marmoris fuerunt compositi, singuli latitudinis palmorum 2 cum dimidio; intra tamen hoc planum versus Boream, & Meridiem relicta sunt 8 intervalla quadrata palmorum 5 in quolibet latere, intra quæ 8 Columnæ, seu Antennæ Contignationis denuo construendæ, statui debebant. In medio illius intervalli, quod situm est in centro dicti plani ex Tyburtino lapide compositi, & fundamento, ut diximus, instrati, accomodatum prius fuit albi marmoris calopodium cum suis subscis, ut antea, ipsique duo inserta sunt numismata ab iis, quæ fundamentis immissa fuerant, non dissimilia; horum duo aurea erant cum effigie S. Mem. Pii V. sic Domino Nostro præcipiente, Religionem, & Justitiam alia ex parte præseferentia, atque hujus calopodii fragmenta, quæ tria erant, ita disposita fuerunt, ut inter se tertiâ unius palmi parte distarent, & à lateribus aliquantulum prominerent; hac enim servata proportione quædam adiiciebatur elegantia, atque venustas; postmodum duo inter ex his fragmentis marmorea inserta est lamina, in quâ latino idiomate Domini Nostri nomen, modus in hoc opere adhibitus, brevi tamen descriptione, nomen, cognomen, patria Architecti, & tempus ad perpetuam rei memoriam fuerunt incisa; pariter inter hoc marmoreum calopodium, & basim alia numismata Sixti V. fuerunt apposita, atque supra hanc basim primum stylobatæ solidum fuit accomodatum, subinde Cymatium, demum ultimum fragmentum, & & quidem eo modo, quo prius stabant; nisi quod oportuit hoc ultimum fragmentum quartâ palmi parte demittere, ut iterum ossium sulcro locus esset, beneque inter se, non secus, ac prius convenirent: si quidem fossæ, egerendo, nimis apertæ fuerant. His ita ad finem perductis rursus eadem ossa plumbo suis in locis sunt contecta, dumque hæc fragmenta aptabantur, terra undequaque aggerebatur, simulque construebantur 8 Contignationis columnæ cum iisdem circulis, & gomphis, ut prius supra fundamentum stabilitæ inter illa eadem intervalla, quæ consultò in hunc finem fuerant relicta, ut supra dictum est. Firmatis verò suis in locis prædictis fragmentis, nec non ossibus plumbo contectis, eadem ipsa die etiam agger, qui altitudinem stylobatæ æquabat, ad finem perductus est; intereaque principales excitatæ sunt columnæ, supraque aggerem alia trabium Contignatio fulcris munita, primæque similis constructa est, ut in præsenti typo cerni potest.

A *Communis Areæ planities, ubi stylobata excitatur.*

B *Crepidines, & fulcimenta, quibus innitebatur suggestum.*

C *Suggesti ejusdem Area palmis tribus Obelisci Stylobatâ procerior.*

D *Octo Paraslades, quaternæ scilicet à subjecto solo* A, *utrinque sublime petentes, ad universæ contrabeationis sustigium coagmentatis etiam trabibus, ferreisque balteis præmunitæ.*

E *Contabulatio è lignis bene compactis, prædictisque innixa parastatis, aliæque machinæ ad tollendum Obelisci appensæ*

F *Fulcimenta trabium ope connexa, quæ Contignationis obsistebant nutationi, & insidebant trabium congerici, quæ in humo simul aggestâ, atque in altum assurgente defossa tota erat, atque firmæ, & solidæ basi locum tenebat.*

G *Transtra ad uniendas totius machinæ vires appositæ.*

h Mons armatus circa Contignationem, quæ supra ipsum ad Obeliscum excitandum assurgebat.

i Frons Australis dictæ Contignationis.

K Fulcra Columnas sustentantia, quæ superficiei montis ex aggestâ humo insistebant, intra quem sub unoquoque sulcro trabes reperiebantur erectæ, ejusdem cum monte altitudinis, quæ trabes transversis asseribus muniebantur, atque ita clavis affigebantur, & armabantur, ut loco suo dimoveri non possent, quod præstitum fuit, ne fulcra terræ dimotæ, sed solidæ potius incumberent.

L Cruces, asseresque transversi ad armandam Contignationem appositi.

m Scala in præsentis typi mensuram.

TABULA XLVII.

HAC tabulâ Contignatio ostenditur aperta in prospectu una cum Obelisci acumine intus immisso, cannabisque, quibus sustinebatur.

☩ Contignatio apposita, in quâ columnarum, fulcrorumque prospectus exhibetur.

A *Plateæ majoris planities.*

B *Obelisci Stylobata.*

C *Repagula terreum suggestum confulcientia.*

D *Trabes conjugatæ, & repagula sustinentes.*

E *Compactum lignis antepagmentum, quod solidi instar strati ambibat Obeliscum.*

F Locus, cui affixi sunt tres monospasti, per quos cannabi caput ducebatur.

G Machina protractoria subter Obeliscum.

h Acumen Obelisci subter Contignationem.

I *Antennæ, seu trabales parastatæ ex contrabeationis angularibus lignis compositæ, quæ a telluris planitie* A *ad summum sastigium assurgebant.*

K Fulcra ex pluribus trabibus simul unitis composita.

L *Locus, ubi Obelisco appositi sunt polispasti.*

M Transversi asseres Contignationem munientes, ne retro inclinaret, quæ dum Obeliscus erigebatur, modò auferebantur, modò apponebantur, prout ferebat necessitas.

N Funes per polispastos transmissi ad erigendum Obeliscum.

n Caput, quod ad ergatam ducitur, & per tres Monospastos transmittur.

o Fulcra ex unâ tantum trabe.

P *Polispasti duplices funibus instructi.*

chè cavando queste spranghe, trovai dentro al piombo una punta di scarpello rotta (secondo che io credo) nel calcarvi l'istesso piombo attorno; e quando si scoperse, era tanto ben conservata, che pareva, che fosse nuova, e spezzata quel giorno. Questo marmo si sbarbò con gran difficoltà, per essere impernato in più luoghi con isquisitissima diligenza, e bisognò battervi le zeppe di ferro attorno attorno con martelli grossi lini, per isradicarlo.

Finito di cavare tutto il Piedestallo, si trovò una platea doppia di travertini, e sotto questa il fondamento di selci; ma i travertini non si poterono cavar tutti, perchè non comportava la spesa, stando sotto terra da quaranta palmi, e tutta via sorgendovi l'acqua.

Dovendosi condurre la Guglia da questo luogo fino su la Piazza di S. Pietro per distanza di canne cento quindici, ed ivi dirizzarla, si livellò la Piazza, e si trovò essere più bassa del luogo, donde si partiva da quaranta palmi in circa, tre palmi più alto del Piedestallo; però si fece un argine tirato in piano da detto luogo fino alla Piazza, pigliandosi la terra dietro la Fabbrica di S. Pietro nel Monte Vaticano: e si fece largo nel piede palmi cento, e alto palmi trentasette, e largo in cima palmi cinquanta, e s'avea d'allargare poi intorno al Castello palmi cento venticinque al fondo, e palmi novanta cinque alla cima: e si riempì in molti luoghi di travi, perchè non s'aprisse, e si armò da ambedue li fianchi con altri travi, piane, e puntelli, acciocchè non cedesse al peso in parte alcuna, come si vede nella presente Tavola.

A La Facciata dell'Argine dalla banda di Mezzo giorno armata, e piane poste spesse spesse da un Arcareccio all'altro per il detto Argine.

B Arcarecci, che fasciavano attorno detto Argine, e tenevano le piane postevi d'ogn'intorno, per sostenere la terra.

C Puntelli, che sostenevano da ogni banda i fianchi dell'Argine.

D Guglia sopra l'Argine nel modo, che camminava.

E Strascino sopra i Curri.

F *Curri, cioè pezzi di legno duro, grossi palmo uno, tondeggiati con anelli di ferro nelle teste, quali servivano per dar il moto per la condotta della pesante macchina.*

G Mozzature di travi poste sopra lo Strascino, e sotto la Guglia, per tenerla alta, acciocchè si potesse legare, ed imbragare di nuovo, quando si voleva alzare.

H *Piano della Piazza grande Vaticana.*

i Travi, che passavano la grossezza dell'Argine da un canto, e l'altro, e legati, ed inchiodati da ogni fianco incatenavano l'Armatura di modo, che per alcun peso sopraposto vi non si poteva aprire.

K Travi posti per diritto, ne' quali spingevano li puntelli, ed essi sostenevano tutta la crosta dell'Armatura.

TAVOLA XLVI.

E Mentre, che le sopraddette cose si facevano su li fondamenti, che già s'erano fatti su la Piazza, e che aveano da sostenere la Guglia, su posto un piano di pietre di travertino lavorato, largo palmi quarantadue per ogni faccia, con tre scalini della medesima pietra attorno, larghi palmi due, e mezzo l'uno; ma dentro a questo piano da Tramontana, e Mezzo giorno furono lasciati aperti otto vani quadri di palmi cinque per faccia, dentro a quali s'aveano da piantare le otto colonne, o antenne del Castello, che si avea da risare. In mezzo di questo vano, che veniva ad essere nel centro di detto piano di travertini, posto sopra il fondamento, su accomodato prima lo Zoccolo di marmo bianco sprangato, come prima, e sotto di esso si misero diverse medaglie, simili alle poste prima ne' fondamenti, due delle quali erano d'oro con l'effigie della Santa Memoria di Pio Quinto d'ordine di Nostro Signore, e nel rovescio tenevano scolpita la Religione, e la Giustizia; ed i pezzi di questo Zoccolo, che erano tre, furono posti distanti l'uno dall'altro un terzo di palmo, acciocchè facessero un poco di risalto dalle bande: che con questa proporzione gli aggiungesse un poco di grazia; e fra due di questi pezzi fu messa una lastra di marmo, dentro la quale s'intagliò in lingua latina il nome di Nostro Signore, e succintamente il modo tenuto in fare tutta questa impresa, il nome, cognome, e Patria dell'Architetto, ed il tempo a perpetua memoria; e fra questo zoccolo di marmo, e la base furono poste altre medaglie di Sisto Quinto, e sopra questa su accomodato il primo sodo del Piedestallo, poi la cimasa, poi l'ultimo pezzo, tutto come stava; eccetto che fu necessario di abbassare questo pezzo ultimo un quarto di palmo, per ricavar di nuovo il luogo del perno degli ossi, acciocchè si risuggellassero bene come prima, perchè nel cavare, che si fece, s'erano fatte le fosse troppo larghe. Finito questo si rimpiombarono i medesimi ossi al luogo loro: e mentre che questi pezzi s'andavano accomodando, si creseeva loro intorno la terra, ed anche si fabbricavano le otto colonne del Castello con li medesimi cerchj, e chiavarde, come prima fondate sopra il fondamento, dentro a quei vani sopranominati, lasciati a posta per tale effetto, come di sopra si è detto. Di maniera che, subito fermati li pezzi a loro luoghi, ed impiombati gli ossi, il medesimo giorno ancora fu finito di farvi il monte attorno, che arrivava fino al paro dell'altezza del Piedestallo, e le Colonne principali tutta via s'andavano alzando, e sopra il monte poi fu fatto il Castello di travi armato di puntelli, simile al primo, come si vede nel presente disegno.

A *Piano della Piazza comune, dove è lo spicco del Piedestallo.*

B *Argini, e puntelli, che cingevano il terreno della Piazza.*

C *Piano della detta Piazza elevata palmi tre superiore all'altezza del Piedestallo, che serve di posamento alla Guglia.*

D *Otto colonne, che dal piano* A, *s'inalzavano quattro per parte fino alla cima del Castello di concatenati, e legati travi con cinte di ferro.*

E *Piano composto d'armati legni, e retti dalle colonne, il quale servì per sostegno delle taglie, ed altre macchine per l'erezione dell'Obelisco.*

F *Puntelli di lunga tratta, annestati insieme da travi, quali servivano ad impedire la vacillazione del Castello, ed erano situati sopra l'armature di travi nascosti nel terreno elevato, che servivano per ferma base.*

G *Legni traversati per l'unita forza di tutta la Macchina.*

h Monte armato attorno al Castello, che gli sorgeva sopra per alzare la Guglia.

i Faccia di detto Castello volta verso Ostro.

K Puntelli, che sostentavano le colonne, quali erano posti sopra la superficie del monte fatto di terra, dentro il quale stavano travi diritti sotto ciascun puntello, alti quanto il medesimo monte, i quali travi erano tutti pieni di traverse, ed inchiodati insieme, ed armati, che non si potevano movere da luoghi loro: e questo si fece, acciocchè li puntelli si posassero sopra il sodo, non si volendo fidare del terreno rimosso.

l Croci, e traverse poste per armare il Castello.

m Scala per misurare il presente disegno.

TAVOLA XLVII.

NElla presente Tavola si mostra il Castello aperto in faccia con la Punta della Guglia tiratavi dentro, e i canapi, che la sostentavano.

✠ Castello apposto, nel quale si mostra il profilo delle colonne, e de' puntelli.

A *Piano della Piazza grande.*

B *Piedestallo dell'Obelisco.*

C *Argini, che sostenevano il terreno della Piazza pensile.*

D *Travi annestati, che servivano di collegamento agli Argini.*

E *Telaro conficcato di travi, che servì per strato fermo attorno all'Obelisco.*

F Luogo, dove erano le tre polee, per le quali passava il capo del Canapo.

G Strascino sotto la Guglia.

H Punta della Guglia sotto il Castello.

I *Colonne, o Antenne composte di legnami degli angoli del Castello, che dal piano della piazza* A *tendevano fino alla cima.*

K Puntelli di più travi congiunti insieme.

L *Luogo, dove furono attaccate le taglie all'Obelisco.*

M Sbatacchj, che tenevano il Castello, che non poteva piegare all'indentro, li quali si andavano levando, e rimettendo di mano in mano, che la Guglia s'alzava.

N Corde, che s'investivano nelle Taglie per alzare la Guglia.

n Capo, che va all'Argano, che passa per tre Polee.

o Puntelli d'un trave solo.

P *Taglie doppie vestite.*

Q Incaval-

Q Conjunctiones, quibus cippus in medio aptabatur, trabesque insternebantur, quibus alligabantur Polispasti.
R *Ferrea vincula ad validam lignorum copulationem.*
s Trabes, quæ montem catenæ instar muniebant ita, ut aperiri non posset.
t Fulcra transversa, quæ conjunctionum funes sustinebant, ac sulciebant.
u Trabium capita supra conjunctiones.
x Zeugmata contignationem regentia.
z Forma unius columnæ crassitudinem 4 trabium continentis, quæ usque ad plateæ fundamentum protendebatur, dimidiam conjunctionem supra habens.
y Fulcrum ex pluribus compactum trabibus.

TABULA XLVIII

POstquam omnes armati fuerunt Polispasti, ergatæ supra plateam fuerunt distributæ, ut sequenti schemate apparet.
A Forma Cancelli plateam circumvallantis ad arcendam hominum multitudinem, ne opus turbaretur.
B Ergatæ in plateâ ad Obeliscum erigendum constitutæ num. 44, iis etiam quatuor computatis, quæ ipsius Obelisci pedem protrahebant.
C Quatuor ergatæ supra nominatæ.
D Ichnographia montis circa contignationem, supra quem trahebatur Obeliscus.
E Ichnographia Contignationis in medio dicti montis.
F Locus, per quem ascensus, descensusque ad dictum montem patebat.
G Locus eminens, cui insidebat Architectus regendo operi destinatus.
H Cannaborum capita, quæ trochleis ad montis radices uniebantur.
I Ejusdem montis munimen.
K Parvæ ergatæ, supra quas ergatarum funes ducebantur, ne terram tangerent.

TABULA XLIX.

PRæcipuas inter partes, quæ ad Obeliscum erigendum adhibitæ sunt, consideranda potissimum occurrit platea pensilis ex humo aggesta Stylobatæ altitudinem exæquans, in quâ deinde Obeliscus ipse fuit collocatus. Ibidem etiam mira deprehenditur lignorum coassatio, quæ basi instar tantæ contignationis immensum sustinuit pondus, & ferrea Obelisci munitio conspicitur. Quæ, ut dilucidentur magis, atque sub oculos veluti proponantur, etiam polispasti duplices tribus Pyramidis faciebus annexi aliis ligneæ contignationi adhærentibus respondentes, quibus circumvoluti funes ad angularem protendebantur sinum, ubi trochleæ partim in summa crepidine, partim in subjecta jacebant humo, sequentem exaravimus Iconismum, unde singula fiant manifestiora.
A *Compactarum trabium antepagmenta, quæ arcis ligneæ basim constituere.*
B *Contexta in transversum transtra cum asseribus decussatis, prægrandibusque tabulatis, nec non antennis, ac trabibus eorum foraminibus infixis.*
C *Trochleæ duplices assurgentem adducentes Obeliscum.*
D *Trochleæ sparta Obelisci attollentia excipientes.*
E *Aliæ quædam Trochleæ in summâ crepidine versatiles.*
F *Aliquot etiam orbiculi humi appositi in plateâ communi propè suggestum, per quos motus communicabatur spartis versus ergatas.*
G *Stylobatæ planum, cui impositus fuit Obeliscus.*
H *Semita declivis, quâ Opifices a subextensa planitie ad pensilem aream facilius conscendebant.*
I *Locus editior, ubi, dum Obeliscus erigebatur, singula dirigebat Architectus.*
L *Obelisci facies singulis ferreis cum Polispastis amicta.*
M *Pyramidis latus Austro obversum, ac ferro pariter munitum cum Polispastis, ac Trochleis eidem appensis.*
N *Latus alterum ad S. Officium spectans eodem modo instructum.*
1 *Polispasti Obeliscum promoventes.*
2 *Obeliscum excitantes Polispasti.*
3 *Trochleæ nutationem cohibentes.*
4 *Area Vaticana.*
5 *Ad Adriani Pontem Domicilia.*

TABULA L.

NE pars cæteris omnibus præstantior, atque magis conspicua, quæ ab Equite DOMINICO *omissa fuit, nunc etiam omitteretur, dare hoc loco censuimus descriptionem omnium machinarum, viarum, Plateæ pensilis, situs Obelisci, & septi majorem plateam intercludentis, in quo fasciculæ cum trochleis, antariis, aliisque ad motum incitatæ volvebantur. Fuit res haud dubiè admiratione digna, spectato partium omnium communi motu, singularum pariter motum ad quasdam veluti leges, atque regulas accomodatum, ordinemque ipsum inspicere; nam, ob equorum ardorem, opificumque multitudinem, ac imperitiam, fieri vix poterat, ut ad contignationem ferri posset vis ipsa motu æquabili, atque ad movendum Obeliscum accomodato; sicuti fieri vix, ac ne vix quidem potest, ut ex multis torrentibus rapido, dissimilique motu decurrentibus, atque in unum veluti centrum confluentibus, flumen unius velocitatis, unius, ejusdemque motus coalescat. Quæ omnia si ad certum numerum, atque legem fuerint revocata, tribuendum sanè fuit Architecto, qui sublimiori loco positus opifices omnes admonebat, & signis, atque verbis in toto perficiendo opere dirigebat.*
A *Trames, & suggestus, quibus impositæ machinæ ab Obelisco promovendum.*
B *Totius contrabeationis delineatio, cujus angulares partes imam, aliæ verò summam, seu aggestam tellurem attingebant.*
C *Strato decumbens Obeliscus.*
D *Vallati aggeres semitam, suggestumque ambientes.*
E *Statio editior, ubi labori propositus Architectus singula Artificibus innuebat.*
F *Situs Trochlearum in areæ amplioris planitie.*
G *Declivitas arte facta, quâ ex communi ad pensilem plateam conscendebant Opifices.*
H *Locus, quo 40 ergatæ Obeliscum evexere.*
I *Quatuor ergatæ imam pyramidem ad locum sensim admoventes.*
K *Teretes Cylindri, quibus facilius admovebantur funes,*
L *Aliæ quatuor ergatæ, si forte necessitas postularet, instructæ, atque paratæ, quæ omnes numerum 48. complebant.*
M *Superimpositiones lignei oppidi trochleis conjunctæ Obelisci pondus sustinentes.*
N *Cannaba inter Trochleas, ergatasque.*
O *Adjutores equi.*
P *Circum machinas Vallum.*
R *Ob faustum operis finem supplicatio.*
S *Viæ, domusque ante Templum, Urbem versus.*

Tandem 10. Septembris dicti anni 1586, pariter Mercurii die, omnibus promptis, atque expeditis, Divini Numinis rursus implorato præsidio, cuilibet suo loco assignato, Aurora jam illucescente, adhibitis 40 ergatis, 140 equis, octingentis hominibus, ad solita tubæ, campanæque signa opus cæptum est; dumque Obelisci acumen erigebatur, 4 ergatæ è regione positæ continuè pedem protrahebant, ità ut funes Obeliscum sursum trahentes, ad perpendiculum agerent, dum ipsi nec post se Obeliscum ducerent, nec contra Obelisci pedem vim facerent; firmatus quippe erat, pro ut ab ipsis antiquis factum fuisse dictum est; immò quo magis acumen à terrâ erigeretur, pondus semper decrescens super pedem labebatur, quem paulatim subter attrahebat, unde major ad motum facilitas oriebatur; prædictumque acumen ad medium usque erectum quibusdam fuleris fuit commendatum, donec omnes Opifices, aliique, qui erigendæ moli operam navabant, commodè prandèrent. Post prandium verò summâ cum diligentiâ intermissum opus reassumpserunt, tandem 52 circumvolutionibus peractis, cadente Sole, Obeliscus supra Stylobatam fuit erectus; adhuc tamen sub ipso erat vehiculare stratum, quod dum erigebatur subter attraxerat; Septemque sequentibus diebus in reficiendis ergatis, alligandisque undequaque polispastis circa Obeliscum insumptis, quatuor additi fuerunt vectes densiorum trabium, quarum singulæ longitudinem palmorum 70 continebant; illaque eadem die, quâ vehiculare

Q Incavallature con il monaco nel mezzo, ſopra le quali erano diſteſi li travi, a' quali ſtavano attaccate le Taglie.
R *Staffoni di ferro per la collegazione, e forza dell' incavallature.*
s Travi, che tenevano incatenato il monte di dentro, che non ſi poteva aprire.
t Saettoni, che ſoſtenevano, e puntellavano le corde dell' incavallature.
u Teſte di travi ſopra l' incavallature.
x Ventole, che tengono il Caſtello.
z Forma d' una colonna di quattro travi in groſſezza, che andava fino al ſondamento della Piazza con mezza incavallatura ſopra.
y Puntello fatto di più travi.

TAVOLA XLVIII.

POichè ſurono armate tutte le Taglie, ſi compartirono gli Argani ſu la Piazza, come appare nella ſeguente pianta.
A Pianta del Cancello attorno attorno la Piazza, per iſchivare la moltitudine delle genti, che non aveſſero ad impedire l' opera.
B Argani piantati ſu la Piazza, per alzare la Guglia, numero quaranta quattro, compreſivi i quattro, che tiravano il piede d' eſſa Guglia innanzi.
C Argani quattro ſopranominati.
